



Sammelblatt 4

N.  
1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.  
11.  
12.  
13.  
14.

N.	Grafides	
1.	Druus	- De jure Domus Austriae in Ducatum Burgundie
2.	Bauer	- investitum Ernesti et Alberti Elect. & Ducum Saxonic de jure succedendi in Ducatus Juliae Montium feuda masculina
3.	Griebner	- terris juris Saxonici
4.	Umerinam	- Vicariatu R.R.I. ex Archiofficio.
5.	Cramer	- filia nobili vi consuetudinis vel pacti fa- milia renunciantis, ut et de Secret. Hanovica
6.	Cramer	- vero ordine succedendi foeminarum secundum ius primogeniture.
7.	Cramer	- renunciationibus filiarum clausulis successionis reservativis barungi valore, et de Secessione Hanovica.
8.	Harprecht	- Regressu ad bona ab illustribus pae- nue filiabus renunciatae.
9.	de Ludwig	- Obligatione successoris ei principatus et clientelas.
10.	Michaelis	- Archi Cappellano Imperatricis Auguste
11.	Simonis	- Reputatione principis
12.	Knorre	- Probatione nobilitatis per in- strumenta.
13.	Briesen	- jure principis circa bona subditorum.
14.	Stryk	- Resignatione iuris Civitatis.

Nr. Praesides

15. Hoffmann De ratione interpretandi leges  
imperii publicas
16. Pauli - jure belli societatis mercatoriae  
majorit privilegiatis.
17. Pauli ob signatione rerum legati quaq;  
comitatus:

J

Sa

15

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA  
DE  
**RESIGNATIONE**  
**JURIS CIVITATIS,**

*Von*  
**Auffkündigung des Bürger-Rechts.**

*Quam*  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
**DN. FRIDERICO VVILHELMO,**  
MARCHIONE BRANDENB. ET ELECTORATUS  
HEREDE, &c. &c.

IN FRIDERICIANA ELECTORALI BRANDENBURGICA,  
EX DECRETO ET AUCTORITATE ILLISTRIS FACULTATIS JURIDICÆ

PRAE SIDE  
**DN. SAMUELE STRYKIO,**

JCTO, COM. PAL. CÆS. SERENISS. ET POTENTISS. ELE.  
CTORIS BRANDENBURGICI CONSILIARIO INTIMO, PROFESSORE  
PRIMARIO, ET FACULT. JURIDICÆ ORDINARIO

PATRONO SUO SUMME DEVENERANDO,

IN AUDITORIO MAJORI

Die XIII. Julii A. O. R. M DCIC

Horis ante- & pomeridianis

*Soleanni ventilationi offert*

**JOHANNES CHRISTIANUS Hennkell**  
Vratislaviensis

---

RECUSA HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
Typis CHRIST. HENCKELII, Acad. Typogr. A. 1711.





## PRÆFATIO.



N studio Legali ea præceteris pertractanda , quorum aliquis sit Usus , qui bono quoipiam rem publicam beat , Leo Imperator admonet in Nov. 46. Quod ipsum fanigeratissimus ille I Ctorum , Dn. Diether. in Prefat. ad Lectorem Theſ.

Pract. B. ſoldano præfixa , claris admodum indigitat verbis . Et multa certe diſci in ſpem futuræ oblivionis , experientia testis eſt : Multa etiam magno cum apparaſtu proponi , ſed quæ magis ingenii oſtendationem , quam uſum quendam in Republ. præfe ferre , Leſtori in oculos incurrit : Cum tamen non Scholæ , ſed vitæ diſcamus , facile cuivis conſtat , optime ſibi conſulere illos , qui operam hiſ impendunt rebus , quas publica commendat utilitas ; & judiciorum uſus frequenti ventilatione dubias reddit . Hunc in finem exantlatis examinibus Juris ſolennioribus inter varias , quæ mihi de themate inauguraſi follicito , ſe obtulerunt materias , præſentem de juris civitatis resignatione eligendam censui , utpote quæ ubiſis locorum ſe exerit , & in omnib⁹ Germaniæ civitatibus ſuam præbet utilitatem . Diffusa quidem illa eſt , & prodiuſitate locorum varia : Nec enim omnia ex jure communi decisionem capiunt , ſed pleraque locorum ſtatutis paſtisque determinata : Interim quæ plerisque in locis approbari , nec Imperii LL. refragari conſtat , nobis hic exponenda erunt ; ubi hanc traſtationis legem mihi posui , ut I. Ca-

<sup>2</sup> CAP. I. DE VARIIS CIVITATEN  
pite agerem, de variis Civitatem amittendi modis. In  
secundo, de amissione ejusdem Juris, in specie per re-  
signationem voluntariam atque liberam, ut & de Justitia  
& libertate Resign. In 3to Capite, de personis Resig-  
nantibus. Cap. 4to de forma resignandi Jus Civicum.  
Cap. 5to de oneribus Resignantium Juri Civitatis & de-  
mum in Cap. 6. de effectu Resignationis tractare, ani-  
mus est. Tu vero Summum Numen, Spiritus tui  
auxilio coeptis assiste, tuo sustine favore labore, vires  
que corporis pariter animi largire, ut dicta omnia atque  
scripta in tui gloriam, meamque vergant salutem. A Te  
autem L.B. Judicium moderatum atque benignum, de-  
center exopto.

## CAPUT I. De variis Civitatem amittendi modis.

- N**ecessaria est in Jure terminorum interpretatio, §. 1.  
Diversimode in Jure accipitur vocabulum Renunciare, §. 2. 3.  
Item Resignare, §. 4.  
Differentia inter resignare & renunciare, §. 5.  
Proniscue alhibentur, §. 6.  
Divisio renunciationis, §. 7. occurrit.  
Derivatio vocabuli Juris, ejusque varia acceptio, §. 8.  
Civitas consideratur vel formaliter, vel materialiter, §. 9. & 10.  
Differentia inter Jus Civilitatis & Civitatis, §. 11.
- Quid sit Jus concedendae Civitatis, exponitur, ib.*  
*Quid Jus Civilitatis, §. 12.*  
*De hoc sic sermo est, interim Jus etiam Civilitatis in proprie & Civicum audit, §. 13.*  
*Alias Jus Civilitatis sumitur etiam pro Bürger-Geld, §. 14.*  
*Descriptio amissionis Civitatis, §. 15.*  
*Quibus modis tota Civitas Jus suū amittat, describitur, §. 16.*  
*Quibus e contrario Jus suū civilitatis, in specie per maximam capitii diminutio- nem, §. 17.*  
*Quomodo per medium, §. 18. & 19.*  
*Dif-*

AMITTENDI MODIS.

- Differ trelegatio a deportatione.* §. 20. *matri dari nequit.* §. 28.  
*Exempla nonnulla antiquorum qui Civitatem amiserunt.* §. 21. *Quest. An deditus alteri Civitati, jus Civitarum prioris amittat?* §. 29.  
*Civis Rom. duarum diversarum Civitatum civis esse non poterat.* §. 22. *Civitatem amittit, qui hostilia contra eam tentat.* §. 30.  
*Amittitur hodie civitas per relegationem in perpetuum.* §. 24. 25. *An femina sequens domicilium mariti?* §. 31.  
*Ad triremes, opus publicum & metallum damnationem.* §. 26. *Quest. An Civitas subditum invitum, nullo anegresso delicto expellere queat pro lubitu?* §. 32.  
*Hodie per capit, diminut, max. cessat Libertatis, sed non Civitatis amissio.* §. 27. *An propter Religionem facta emigratio, sit voluntatis, an necessitatis?* §. 33.  
*Certa regula de ejusmodi da-* *Transitio ad Cap. II. §. ult. 34.*

§. I.

**P**romissis, quantum licet, jam satisfacturus, vestigia in principio premere necessum duco J Ctorum, cum summus eorum labor circa nomina & verborum proprietatem constitutus deprehenditur in L. 1. ff. d. f. & f. L. 1. §. 1. ff. d. Pad. l. 2. §. 2. ff. d. R. C. Et ipse Imperator Justinianus in §. 3. f. d. Tut. pr. f. de Testam. §. 2. f. de Obligat. quae ex delict. nasc. L. 3. & 4. C. de V. S. sollicitus circa genuinam verborum interpretationem atque significationem legitur. Hinc etiam, quia hanc dissertationem de resignatione Juris Civitatis inscripsi, antequam ad specialem & hac Diff. pertractandam materiam ipsam grefsus dirigam, evolutionem terminorum praemittere elubet. *Ubi Resignationis vocabulum quod attinet;*

§. II. Sumitur illud 1. pro divorcio vel repudio L. 2. §. 1. ff. de Divor. & repud. L. 17. §. f. ff. de reb. aut. Jud. possess. & l. 1. C. de Sponsal. conf. Brisson. d. Verb. Sign. lib. 16. verb. renuncia re nuptiis. 2. pro definitivi iudicii actu, in quo nimirum allegationibus & probationibus renunciatur. Gail. lib. 1. Obs. 107. n. 3.

A 3

Auth.



4 CAP. I. DE VARUS CIVITATEM

Auth. *Jubemus. in L. 9. C. de JUDIC.* 3. pro Ecclesiastici beneficii resignatione, vid. *Titulus. 9. Decretalium lib. I. Tit. 7. lib. I. in 6to. & Tit. 4. Clementin. lib. I.* Hic vero nihil aliud significat, quam scienter & sponte facta pro renunciantre introducti Juris cesso. Dalner. *de Renunciar. pag. 19.*

§. III. Sed dicis, *hec omnia tantum RESIGNATIONIS respiciunt variam acceptionem?* Resp. Sicest; cum vero apud omnes fere Autores, qui renunciationis & resignationis injecere n.entionem, etiam in hac præsenti materia, modo verbum resignare, mox iterum renunciare, adh.beri sine ulla distinctione annotaverim; qua de causa milii non quoque licet eorum vestigia sequi? Et certe resignatio, renuncatio, cessio, contentio, recusatio, remissio, repudatio; Graece ἀντραξις & ἀποταγη & Germanice vulgo, Aufgabung / Begebung / Verzicht / Verzeihung / Alciato in *L. 40.* ibi: *Eſt & renunciatio.* & Flam. Paris. *de regnat. Benefic. lib. I. qu. I. n. 69.* unum idemque denotant, & in hoc præsenti significatu inter se omnino conve-niunt.

§. IV. Interim tamen, ne aliquid negligens præterire velle videar, operam etiam investigationi impendi accuratori, quod attinet verbum *resignare*, ubi plane diversam, fateor lu-benter, prima vice compertus sum significationem; Occur-rebat I. acceptio hujus vocabuli, pro aperire quod signatum est, *L. si Testamentum ff. ad L. Corn. de falf.* ubi resignare Testam-mentum legitur, & apud Cicer. *ad Atticum lib. II.* quo in loco resignare literas, scribit. 2. pro abrogare & disolvare apud Senecam *de Benefic.* usitatum vidi, cum de resignatione ratio-num ageretur. 3. apud Horatium *lib. I. Epistol.* hoc verbum exponi pro reddere, scio, dum ita canit: *Hoc ego si compellar, imagine, cuncta resigno.* Quo denique etiam sensu atque significatu accipi a Canonistis, quis ignorat, quibus resignare idem est, quasi reddere ei. qui dedit: hinc & resignationem coram superiore semper fieri debere, contendunt Flam. Paris. loc. cit. n. 33. & Galeratus *de Juris renunciar.* Qui simul & primus quidem, *de resign. Benef. lib. I. qu. I. n. 30. & 34.* Galeratus v. loc. cit.

AMITTENDI MODIS.

5

*cit. lib. 1. c. 3. n. 8. descriptionem & resignationis & renunciationis*  
subjugunt, dum illam spontaneam privationem factam cum  
causa coram superiori: hanc e contrario definiunt, in genere si  
sumatur, spontaneam privationem, juris sibi competentis, circa  
consensum Superioris cum licentia renunciandi cuivis libera sit  
*L. pen. C. de paꝝ.*

S. V. Qua occasione ducimur ad *differentiam resignationis*  
à *renunciatione*, que inter se differre, ut speciem à genere, ex  
præcedenti hujus & illius patet definitione, hoc effectu, ut o-  
mnis resignatio etiam renunciatio quidem sit, sed non omnis  
renunciatio & que sit resignatio, quia non omnis renunciatio ex-  
igit superioris consensum. Et ideo ratione etiam materiae  
seu objecti secerni solet renunc. à resignatione, que non potest  
dici renunciatio simpliciter, sed tantum secundum quid. Per-  
cepi porro, simplicem renunciationem auctum esse pendentem  
à nuda renunciantis voluntate, atque ideo eam dici pactum im-  
perfectum; resignationem vero à Superioris dependere volun-  
tate, qui Jus vel beneficium, quod resignatur, ei concessit.  
Proindeque, uti dictum, coram superiora fieri debere, quia, qui  
refugiat, videtur reddere superiori cum illius consensu, quod ab  
eo accepit. Galeratus. loc. cit. & Paris. d. l.

S. VI. Verum enim vero, cum nihilominus tamen, non so-  
lum plerisque Autoribus, uti paulo ante monitum, promiscue  
eodem sensu atque significatu, renunc. & resignatio veniant, sed  
etiam in *Cap. 1. de Renunciat.* in 6to cum quæflio ventilatur, an  
Pontifex Papatur renunciare possit, postmodum decidatur, posse  
eum libere resignare; imo in cæteris Juris Canonici textibus,  
ut in *Tit. de renunc.X.* in 6to & *Clement.* confundantur: & quod  
accedit, ipse quoque MASCARDUS de probat. *concl. 1273.* verbo re-  
signatio. & Paris. d. l. in hoc consentiant, non video, cur tam so-  
liciti in adhibendis verbis hic esse debeamus, cum, licet etiam  
concedam, strictissime allatum inter resign. & renunc. differen-  
tiam fundatam esse, in præsenti tamen materia, abdicationem  
& remissionem Juris Civici omniumque privilegiorum & fru-  
ctuum, ab ipso resignante factam, titulo & resignationis & re-  
nunciationis indigitare, absque ulla confusione queamus. Id  
quod

quod, si in subsequentibus mox resign. mox renunc. verbuna occurrit, ne *Benev. Leq.* me erroris accuset, vel ipse critico-rum nimis attentus susurris, deviet, hic in antecestum præmo-  
nere, ratum duxi.

§. VII. Nunc ipsam quod attinet Juris Civitatis resignationem, non necessum judicio, illam heic loci adhibere divisionem renunciationis *in generalem & specialem*, quam Melch. Kling. *in C. 1. n. 17. de Judiciis*, adfert, utpote ad hanc nostram minime quadrandem; sed illam lubet præmittere, quam Illustr. Dn. Puffendorff. *in Tract. de J. N. & G. lib. 8. c. II. §. 3.* tradit, magis themati huic accommodatam, dum *unam esse* dicit Juris Ci-  
vici renunciationem, si civis Imperio civitatis renunciat & ni-  
hilominus intra ejusdem territorium retinet domicilium: *Al-  
teram*, si quis simul fines & territorium excedat. Quæ ultima,  
cum propria sit, & civitas certis finibus ditionem suam cir-  
cumscribens, simul prohibere censeatur, ne quis ipsa invita do-  
micum ibi habeat, qui ejus Imperium nolit agnoscere; hinc  
eam, relictâ priori, jam nostram facio, de ea per totam acturus  
dissertationem.

§. VIII. Nunc *Juris* sequitur vocabulum, quod unde de-  
scendat, JCtus Ulpianus *in L. 1. ff. de J. J.* dicit, Juri operam da-  
turum prius nosse oportere. *Esse* autem a Justitia appellatum per-  
git, & elegantem Celsi laudat definitionem, dum *Jus artem boni & æqui* definit. Alij *Jus* a jubendo dici volunt, quia qui jubet in  
foro exequitur id, quod *Justitia* dicitat in animo seu volunta-  
te. Et sic Campus pateret amplissimus exspatiandi, si hujus  
verbi amplissimam & diversissimam significationem inter JCtos  
annotare liceret; sed ne injucundis & diu ante hac ab aliis suf-  
ficienter pertractatis sine fructu immoremur, hoc tantum adji-  
cere contendo, *Jus*, inter plurimos significationis modos, *1. id*  
significare, quod semper bonum & æquum est: Sicut *Jus Nat.*  
dicitur immutabile. *2. Prætoris & Judicis*, etiam pedanei *Senten-  
tia* *Jus* vocatur, etiam si in pronunciando nihil minus quam *Justi-  
tiam* administret; quia non id quod injuste fecit, sed illud quod  
*Judex* facere debuissest attenditur. *3. dicitur locus*, in quo *Jus*  
red.

AMITTENDI MODIS.

redditur a Judice vel Magistratu, etiamsi domi aut in itinere si-  
ve de plano hoc agat, & ubicunque Praetor, salva Majestate Impe-  
rii sui, salvoque more majorum, jus dicere constituit. 1. *Jus plu-*  
*ribus* II. ff. de J. & J. 4. Nonnunquam *Jus* etiam pro necessitu-  
dine dicimus, loquor verbis Martiani, I. 12. ff. d. t. veluti, est in hi  
*Jus cognitionis*, vel *affinitatis*. 5. Denique *Jus* illud vocatur, quod  
omnibus aut pluribus, in quaque Civitate utile est: ut est *Jus Ci-*  
*vile*, d. I. II. ff. d. J. & J. Et hoc sensu in hac sumitur materia Ju-  
ris vocabulum, quod facultatem denotat moralem, quae singulis  
inhæret Civibus, ut secundum eam privilegiis ac Juribus Civi-  
tati competentibus frui possint. Wehner. Obs. præf. voc. Bür-  
ger. Recht Besoldus & Speidelius. v. Stadt.

S. IX. Denique *Civitatis* occurrit vocabulum, quod potis-  
sum dupliciter sumitur, vel *Materialiter* vel *Formaliter*. Ille  
*Casu* I. late pro universo Reipublicæ corpore, sive *Respublica*  
sit per se, sive alii Reipublicæ subjecta, Cicero I. i. de Republ. Au-  
gustin, de Civit. Dei I. 1. c. 15. & I. 15. c. 8. ita, ut sub illa etiam Re-  
gna, principatus & alii districtus denotentur, sicuti hoc sensu  
Paterculus, lib. I. Histor. c. 3. totam Thessaliam ante Mirmindou-  
rum civitatem dictam fuisse refert. 2. *strie*, aut pro cætu iis-  
dem legibus confociato, etiamsi per vicos & urbes sejuncto.  
lib. 4. pr. & § 2. ff. de Cens. qualem Salustio in bell. Catilin. c. 42.  
*Civitas Allobrogum*, & Cæfari de bello Gall. lib. 3. & 9. & nobis  
adhuc hodie, in pagis Helveticis fese exhibet. Aut sumitur  
pro ipsa ædificiorum & prædiorum universitate, vel potius pro  
suburbiis, villis, pagis, prædiis & aliis bonis ad Civitatem perte-  
nentibus. arg. I. 2. pr. I. 87. I. 173. §. 1. ff. d. V. S. aut etiam pro Po-  
pulo in civitate existente. L. 2. §. 13. ff. d. O. J. Novel. 161. *Formaliter*  
civitatis accipitur vocabulum, pro Ordine seu Statu, regi-  
mine & administratione publici cœtus, seu multitudinis, sub  
unius magistratus legibus degentis, & Gallis estat, nobis das  
Stadt. Regiment dicitur. Gaisler. de Civit. imperial. in proem.  
Ut ita secundum Hesenthal in Plaße Polit. th. 3. & sequ. post plu-  
ras ab eo antiquiorum & recentiorum Politicorum examina-  
tas definitiones varias, *civitas* proprie dici queat, diversorum

8 CAP. I. DE VARIIS CIVITATEM  
hominum Dei & Naturæ ductu, Civilis societatis & beatitudi-  
nis obtinenda causa sub certo ad rationis rectæ normam dire-  
cto, jubendi & parendi ordine in unum corpus congregata mul-  
titudo. Knichen. in *Opere Polit.* lib. I. Cap. 4. th. 9. *Explic.* I.

§. X. Hic adhuc multum de differentia civitatis a Republica, item  
ab urbe, oppido & sic porro, adducere animus esset, nisi haec o-  
mnia aliquanto remotius à scopo & parum ad rem facientia vide-  
am. Legat illa qui vult, apud *Politicos*, *Besoldum*, *Arumæum*, *Bo-  
dinum*, *Schönborner* &c, in primis apud laudatum Knich. l. c. th. 9.  
*Expl.* 2. ib. *Differit autem Civitas.* Hic enim civitas per meto-  
nymiam & sicut ipsa Capitis demonstrat inscriptio, pro Jure Ci-  
vitatis adhibebitur, pro facultate scil. utendi fruendi ejus civita-  
tis, in qua quis sedem vel domicilium suum constituit, vel adhuc  
querit, commodis, privilegiis & libertate. Hænon, *Disp. Polit.* 2.  
*concl.* 24. Vel ut unico dicam verbo, per *Jus Civitatis* intelligo das  
Stadt-Recht, quod spiritum & vitam municipiorum dicunt Po-  
litici. Zahn. *Ichnogr. Municip.* cap. 2. n. II.

§. XI. Ne vero hic obscuritatis & confusionis me accusare  
quis valeat; differentiam adesse dico inter *Jus Civitatis* & *Civi-  
tatis*. Illud regulariter est potestas dandi seu condendi è  
 pago vel alio loco civitatem, das Stadt-Recht geben / id quod  
ad regalia majestatis, vel majora Principi reservata referunt,  
folique Imperatori, hoc communiter adscribunt. L. I. C. de Me-  
trop. Beryt. Steph. de *Jurisdicç.* l. I. p. I. c. 1. memb. 2. n. 114. Be-  
sold. *Thes. Pr. verb.* Stadt Limnaeus. de *Jur. Publ.* 2. c. 9. n. 128.  
Et licet Princeps vel Status Imperii alii, in suis territoriis, vicis  
quibusdam tribuere soleant das Stadt-Recht / sicut hoc fecit  
Dux Wurtemb. Fridericus anno 1601. dum urbem conderet,  
Freudenstadt. Fridericus IV. Elector Palatin. Manheimio anno  
1606. exstructo. Klock. de *Contrib.* c. 5. n. i. Schottel. de *Jure*  
*Germ. Special.* c. II. ad fin. & Zeiler *Itinerar. Germ.* c. 8. & 14. imo  
qui plura scire cupit exempla, adeat Christ. Rehebold. *Tr. de*  
*Jure Civitatis* c. 4. Interim tamen plurimi Politicorum me-  
lius censeat, si ad exemplum Ducus Brunsvic. Julii anno 1578.  
literas in exstructione Henricopolis ad Rudolphum II. Impe-  
rato-

ratorem mittentis, teste Schottel. d. l. consensum Imperatoris impetrarent, ne literæ sequerentur inhibitoriales, quod ao. 1514. à Maximil. I. contigit Alberto Comiti Mansfeld. ex vico quodam prope Islebiam urbem extrahere conanti. Thom. Michael d. Jurisdic. concl. 12. lit. C. Verum in Marchia Electoralem Brandenb. absolute Jus habere dandi Civitatem, etiam absque Imperatoris confirmatione, contendit Müller. Præf. rer. Forens. resolut. 18. n. 5.

§. XII. Hæc de jure Civitatis *Jus autem Civilitatis* proprie sic dictum, est jus recipiendi cives, quibus, uti in antecedentibus dictum, dari solet facultas seu potestas utendi, fruendi commodis, libertatibus & privilegiis civitatis, Germ. al. der bürgerlichen Freyheiten / Weide / Trift / Gemeinen / Nutz und Nützungen der Stadt. Besold. Thes. Præf. voc. Stadt. Knipsch. l. 1. c. 29. n. 1. & 2. Hoc quia non est de regalibus, hinc cuique magistratu, etiam municipali competit, tanquam consequens administrationis civilis, adeo, ut libere & absque consensu domini superioris, hoc aliis, imo & extraneis concedere queant. Speidel. Notab. voc. Bürger-Recht. Mevius ad *Jus Lubec.* P. 1. Tit. 2. art. 2. n. 59. & 60. modo præcedat debita inquisitio, ut constet, quis sit & unde venerit recipiendus &c. Nov. 80. e. i. cum civitatis intersit, non promiscue unum quemvis recepi. Hahn. ad *Weserb.* tit. ff. ad *Municip.*

§. XIII. Et hoc ultimum hoc loci quadrare, mentique nostræ esse consentaneum est, jus nempe illud civitatis vel civilitatis, de cuius donatione tam multa legimus apud Cicer. l. 13. Epist. ad Famil. 36. in Orat. pro Archia c. 3. & 4. & pro Corn. Balbo. c. 3. 8. & 9. ac passim *Livium*, *Suetonium*, *Vellejum*, & alios innumerabiles. Hoc dividi solet in *universale*, totius reipublicæ commune: quo sensu cives Imperii Germanici omnes sunt Germani. & *particulare*, quod iterum bifarium consideratur; aut enim est *alicujus Provincie*, aut certæ *cujusdam urbis* vel oppidi: Sicut *civis Silesius*, & *civis Vratislavensis*. Besold. Polit. lib. 1. c. 11. n. 4. Ita ut heic loci jus civitatis improprie sic dictum, civitatis & civicum unum idemque das *Bürger-Recht* si-

CAP. I. DE VARIIS CIVITATEN  
gnificet. Nam cum de sensu constat, vana nominum vocabula  
curanda non sunt. 1. z. §. 7. C. de Cons. pecun.

§. XIV. Hoc tamen adhuc monere vellem, jus civitatis sumi quandoque etiam pro pecunia, quam quis civitatis causa des Bürger-Rechts wegen solvit. vid. Churfürstl. Sächs. Residenz Stadt Dresden Statuta, ubi Erlegung des Bürger-Rechts. c. 1. §. 1. f. & Resolut. Gravam. 1613. & 57. Tit. von Justiz Sachen n. 103. Vocabularia das Bürger-Geld. verum quia de hac nobis non sermo est, tangere sicutem volui.

§. XV. Haec tenus præmissis iis, quia iuxta monitum Quintili. lib. 5. declamat. cap. ult. ad definitionem nominis pertinent, omnia huc usque dispersa iterum recolligo & amissionem juris civitatis seu civilitatis nihil aliud esse dico, quam juris pristini, h. e. juris commerciorum, cōntributorum atque contratu, imo privilegiorum, fructuum atque immunitatum, quibus quis vel nativitate, ut domicili constitutione, in civitate aliqua fuit gavisus, necessitate vel voluntate factam ablationem & derelictionem.

§. XVI. Jam suo ordine sequuntur modi, quibus jus hoc civitatis & civilitatis amittitur; quia vero paulo ante disserit de jure civitatis proprie sic dicto, vom Stadt-Recht / & civilitatis Bürger-Recht / æquum esse arbitror, ut antequam ad posterius progrediar membrum, universam & ipsam quod attinet civitatem, sumamo quasi digito demonstrem, amittere eam iura atque privilegia tripliciter potissimum 1. ob enorissimum in Superiorem commissum delictum, utpote in criminis læsæ majestatis, perduellionis, defectionis, rebellionis, proditionis & magna seditionis, cuius exemplum de Rhodiis tradit Tacitus lib. 12. Annal. cap. 18. Idem Byzantio à Severo contigisse Xiphil. in Epitom. l. 74. & Antiochie à Theodosio. Theodor. l. 5. Histor. Eccl. cap. 19. autor est. 2. per totalem urbem & civitatis destructionem, puta per incendia, igne à coelo delapso, vel ab hostiis incendiariis injecto, vel casu fortuito orto, per terræ motus, aquarum eluviones & alia Reipubl. fata. Knichen. in Operc Polit. lib. 3. cap. 4. per tot. 3. Pro parte, ob publicam utili-

tatem, quia privata vel communitat's etiam utilitas publicæ totius corporis vel universi utilitati cedit. *I. 3. C. de primipil.* Zahn. *Ichnogr. Jur. Municip. cap. 38. n. II. & seqq.* Porro ob aliud crimen grave præter recensita communisum. Ob abusum privilegiorum. *c. 63. Caus. II. qu. 8. Knipschild. de Jurib. Civitat. I. c. 18. n. 5.* Diuturnum non usum illorum, vel ob contrarium usum, aut actum ab illa universitate exercitum; contraveniens enim privilegio, illi renunciæsse creditur. *Gædd. in Consil. Marpurg. Vol. 4. Consil. 16. n. 260.* vel renunciationem expressam, que cum cuique libera sit *L. 29. C. de pacz.* facta etiam servanda est. *I. 14. §. 9. ff. de Ædil. E-dic.* vid. de hac materia ex professo Knipsch. cit. loc. *L. I. c. 18. per rot. cum seq.*

**S. XVII.** Jus autem Civitatis, respectu Civis proprie Civilitatis das Bürger-Recht plurimis modis amitti soler. Ubi antiquatum & Jus Romanum a ntiquum, si aliquando accuratius intropicere licet, famosa illa *Capitis* se ficit *diminutio*, quæ in *Maximam*, *Medium* & *Minimam* distinguitur. *Tot. tit. Inst. & ff. de Capit. diminut.* Ultima ad nos non pertinet; videamus ergo, quænam fuerit *Maxima* & *Media*. Illam Imper. Justinianus in *§. I. F. d. t.* vocat, cum aliquis simul & Civitatem & libertatem amittit, quod accidit in his, qui servi poenæ sunt atrocitate sententiae, vel libertis, ut ingratiss erga Patronos condemnatis, vel his, qui se ad pretium participandum venundari passi sunt. Sublata itaque libertate, quod in iis qui servi efficiebantur contingebat, reliqua quoque duo, Jus Civit. & Familiaæ auferebantur, cum nullus servus Civis esse poterat; sic Regulus servus factus per captivitatem, Jus amitterebat Civitatis. Huc pertinebant ob maleficium aliquod in Insulam deportati, qui tanquam mortui reputabantur. *§. I. F. quib. mod. patr. potest. solv.* Imperator vero servos poenæ amittere Civitatem quando constituit, notari meretur, quod talis dicebatur ille, qui non alium dominum habebit, quam ipsam quodammodo poenam, cui addictus est, Vinnius. *ad S. 2. F. d. t.* Eandem poenam, Juris Civit. scil. amissionem, patiebantur in metallum vel in opus metalli damnavi, ad effodiendum metallum; licet differentia fuerit inter eos,

qui in metallum, & eos, qui in opus metalli condemnabantur, quod vincula fuerit. L. 8. §. 4. &c. ff. de pæn. Non absimilis poena fuit eorum, qui in opus publicum dari dicebantur. l. ult. ff. de Effract, nisi quod amissa Civitate, libertatem adhuc salvam retinerent. l. 17. §. 1. d. t. quibus hodie ad triremes damnatos, die so auf die Galeeren geschmiedet werden / non pauci comparant. Vinnius. d. §. 2. Ins. quib. modjus Patr. poreft solv. Bestiis qui obijciebantur, seu ad bestias damnati iisque dati dicebantur, servi fiebant. Dio. lib. 18. Fere ejusdem cum iis erant conditionis, qui lata sententia in ludum sive venatorium, sive gladiatorium ad voluptatem populi conservandam, condemnabantur. l. 8. §. 11. ff. de Pæn. Cujac. lib. 13. obs. 10. Et ad ultimum omnes, qui ultimo damnabantur suppicio, pœnæ olim fiebant servi & per consequens Civitatem amittebant. l. 29. ff. de pæn. l. 6. §. 6. de Injust. rupt. & irrit.

§. XIX. De Minor i jam sive media Capitis deminutione loquitur Imper. in §. 2. f. de Capit. demin. quod illa contingat, cum Civitas quidem amittitur, libertas vero retinetur, quod accedit ei, cui aqua & igni interdictum fuerit: vel ei, qui in Insulam deportatus est. Erat hec antiquissima aquæ & ignis interdictio, modus quidam pœnæ specialis, qua Civitate, salvis tamen majorum Constitutionibus, fontes expellebantur. Neque enim Civitatem, neque libertatem amittere invitus jure Quiritum quis poterat, sicut a majoribus hoc constitutum laudat Cic. in Orat. pro Corn. Balbo, pro H. Cecinna & pro Domo sua. Atque ita nec Civitate extrudi, neque ultimo suppicio adfici noxii Cives poterant; hinc ne peccata manerent impunita, inventa haec ratio est, nimirum ut fontibus aquæ & ignis usus, duorum illorum elementorum, sine quibus vita foveri non potest interdiceretur. His enim vite humanæ destituti subsidiis, in alias terras migrare, seque in aliam conferre Civitatem cogebantur, in quam recepti, Romanam amittebant, cum duarum Civitatum Cives eos esse, Romanorum Leges non paterentur. Cornel. Nepos in vita Pompon. Attici Cic. pro Balbo. Hoc interdictum autem ut eo durius a singulis observaretur, ne teato quidem

dem damnatos excipere licebat, adeò, ut qui receperissent & cœlasset, lege Julia de vi, tenerentur. Paulus lib. V. Sentent. tit. 28.

§. XIX. Mansit hujus interdicti usus ad imperatorum usque tempora, quibus loco illius, deportatio reorum in Insulas in Rempubl. invecta fuit atque tuffecta, ne juris antiqui vincula aperte revelli viderentur, ut vetusti moris umbra retenta, qui deportarentur, sic haberentur, quasi aqua & igni interdicti essent. L. 2. §. 1. ff. de pœn. L. 3. ad L. Jul. peculat. Et sic etiam per aqua & igni interdictos, nostri deportatos interpretantur. l. 1. §. bi quibus. ff. de Legat. 3. l. 2. ff. de Publ. Jud. Brisson, Antiqq. Jur. Civ. Lib. 3. c. 5. Hæc deportatio species exilii erat atrocissima, damnatus enim hoc modo, amissa Civitate & bonis publicatis, nervo aut compedibus vincitus, & in navim impositus a Servis publicis in certam Insulam deportabatur, ibique in perpetuum concludebatur. Vinnius ad §. 2. Inst. de Capit. demin. quod ultimum ho die confinatio, die Ultigâunung dicitur. Qua deportationis pœna, caput exemptum fuisse a civitate, civesque ad peregrinorum reductos conditionem, patet ex l. 17. §. 1. de pœn. l. 6. de Int. & releg.

§. XX. Hinc etiam relegatio differebat a deportatione; Relegati enim licet in perpetuum, omnia tamen sua jura recinebant. l. 4. l. 7. §. 3. ff. d. Interd. & releg. sic sententia relegationis, existimationem quidem civis minuebat, interim tamen non penitus confusebat, aut caput de civitate, ut in deportatione eximebat. l. 5. §. 2. ff. de Extraord. cogn. Sic nomen exilii licet commune sit, & exules non deportati solum, sed etiam relegati appellantur. l. 4. & 5. ff. de Interd. & releg. cum omnes extra solum missi vivere necesum habeant, proprie tamen exilium de deportatione tantum dicitur, acsi proprie id exilium non sit, cum jus civitatis adhuc retinetur. l. 2. ff. de publ. judic.

§. XXI. Deniq; ut exemplis res fiat clarior, lege Claudia, ex Senatus auctoritate ad populum lata, Latini, qui fraude civitatem obtinuerant, in turbes latinas, amissa civitate Romana, redire coacti sunt. Bodin, de Republ. lib. I. c. 6. Boethius refert, amissi Romanos Civitatem suam, cum in Colonias mitterentur

latinas. Et Livius lib. 24. perhibet, colonias Romanorum, Puteos, & Salernum deductas, pariter jura Civitat. Romanæ amississe. De Augusto Imperatore, tradit Dion. lib. 24. quod Tyrios & Sydonios Syriz, ob domesticas seditiones, Cizios, Bythinæ libertatæ privaverit, & amissa civitate servos esse juss erit, cum cives quosdam Rom. flagellis casos morte affecissent. Eandem poenam & ob idem crimen, Claudium in Rhodios arque Lycios statuisse, cit. autor scribit, additique, quod memoratu dignum puto, in hujus cause cognitione coram Senatu, quendam Legatorum, Lycium origine & civitate Romana donatum, latine, sed minus apte loquentem, cum audivisset Claudius, civitate privavit, dicens, Romanum eum esse non oportere, qui eam linguam nesciret.

§ XXII. Illud adhuc adjicere teneor, civem Romanum duarum civitatum esse non posuisse civem, quia, ut Cicero loquitur in *Orat. pro Corn. Balbo*, dissimilitudo civitatum, varietatem juris habeat. Ideo & paulo ante exclamat: O jura prælara atque divinitus jam inde a principio Romani nominis a majoribus nostris comparata, ne quis nostrum plus, quam unius civitatis civis esse possit. Cum antea dixisset, coeteris omnibus populis concessum esse, ut plurium civitatum quisque civis esset; quo errore ductos, pergit, vidi egomet nonnullos imperitos homines, nostros cives, Atheniensis numero judicium atq. Areopagitarum, certa tribu, certo numero; cum ignorantem, si illam civitatem essent adepti, hanc se perdidisse, nisi postliminio recuperassent. Hec ille. Confirmat id suo exemplo Pomponius Atticus, qui, ne Jus Civit. Romanæ amitteret, civis Atheniensis fieri noluit. Corn. Nepos in *Ejus vita*. Notanda tamen hic venit limitatio, nisi quis in aliis civitatibus civis evadat ejusdem Principi vel Populi Romani Regimine subjectis; tali enim causa jure etiam Rom. civis reliquarum sub Imperio Romano sitarum civis esse poterat. L. 27. ad *Manicip. L.* si quis 7. L. *Fili 22. §. manicipes ff. eod. tit.* Id quod adhuc hodie etiam obtinet in subditis Helvetiæ quinque Cantorum, ubi unius civitatis civis reliquarum simul civis existit. Sic Müller in *Pract. rer. Forens. re-  
sol.*

fol. 18.n. 16. seqq. testatur, idem juris esse inter Dantiscanos & Thorenenses, Berolinenses & Colonienses, it, ut civis Coloniensis juret simul Senatui Berolinensi & vice versa, salva tamen cu-  
jusque Senatus jurisdictione, uti patet ex verbis cuiusdam  
paeti vel Statui, Abends an der Vigilien Petri und Pauli ao.  
1432. ibi: der ein Bürger zu Berlin ist/ soll auch haben die Bü-  
rgerschaft zu Cölln; desgleichen ein Bürger zu Cölln/ soll auch  
haben die Bürgerschaft zu Berlin. Müller. d. l. Licet aliud  
moris fuerit apud Athenienses, Rhodios, Lacedæmonios & a-  
lios, ubi multarum civitatum diversissimarum cives esse poten-  
rant. Cic. pro Balbo. & Patricios non raro duarum civitatum simul  
cives & Patricios existere, tradat Draco. de Jure Patric. f. 245 sequ.  
c. 3, imo & incolas, civesque honorarios. Arumæus. de Republ.  
c. 5. Seq. 7. n. 9. Communiter tamen hoc non licere dicunt, ob  
fidem priori civitati datam: sicut enim Vasallus non potest po-  
steriori domino fidem dare in præjudicium prioris, multo mi-  
nus civis nondum solutus a priori civitate. Deinde etiam cum  
duorum corporum ut idem membrum sit, per naturam fieri non  
potest, ut in plurima officia distracti sensus, dum nullius impe-  
rium exaudiunt, nec in tot functiones se se discerpere aut parti-  
ri possunt, vel sub ipsa operarum multitudine succumbant, vel  
objectorum in contrarium recipientium mutuis pugnis inter-  
moriantur. Arumæus. d. l. n. ult. id quod approbat Knipsch.  
postquam diu pro & contra prolixe admodum quæstionem, an  
unus duarum civitatum vel plurium imperialium, vel etiam a-  
licujus imperialis & alterius municipalis, sive territorii domi-  
ni civis & subditus esse possit, ventilasset. Lib. 2. de Civit. Imper.  
cap. 29. n. 135. seqq.

§ XXIII. Sed quorsum ducor, in circulos redeundum est,  
narratio hucusque modorum, quibus jus civitatis apud Roma-  
nos amittebatur, utramque paginam impletiv, jam ad hodier-  
nos mores ordine progrediendum est: Ubi statim ab initio  
notandum venit, in locum deportationis hodie successisse pa-  
nam Banni. Carpz. P. 3. qu. 140. n. 14. H. pp. ad §. 2. I. de Capit. de-  
minut. Admitto in Germania & Polonia, nam in Hispania, Por-

## CAP. I. DE VARIIS CIVITATEM

eugallia & Gallia, hodienum non adeo infrequentem esse deportationem, notat Hopp. d.l. Hoc v. Bannum a Jctis dividi solet, in Bannum Imperii & Provinciale. Wehner. Observ. Pract. Adt. Gail. de pac. publ. lib. 2. c. 1. Illud die Reichs-Adt. bannitos toto arcet imperio, ac quoconque in loco Imperii domicilium habuerit dominatus, emigrationem injungit, eumque a tutela, vita ac bonorum in imperio nostro excludit. Ord. Carm. Part. 2. tit. 9. §. 2. Provinciale, bannitos tantum e territorio Principis bannensis expellit. Interim nihil refert, utrum quis Bannum Imperiale, an Provinciale patiatur; utroque enim casu civitatem amittit.

§ XXIV. Relegatio adhuc obtinet, adhibita tamen distinctione, an in perpetuum, an vero ad tempus relegati fuerint. Illo casu, imprimis si accesserit fustigatio, dum nunquam reverti sunt in civitatem, sed perpetuo cruciandi exilio, amittere civitatem in aperto est. Carpz. Pr. Crim. q. 140. n. 3. Dn. Praes in Usu modif. de Capit. demin. §. 3. & 9. Hoc casu, ad tempus scil. relegati, cum elapsi illo tempore iterum in civitatem redire possunt, ac durante etiam relegatione omnia iurain ea civitate relicta retineant integra atque illæta. L. 4. & 7. §. 2. ff. de Interd. & releg. & saltem actu in civitate commorari prohibeantur, imo per procuratorem frui possint iuribus civitatis, quod secus est in deportatis. Conf. Carpz. P. 4. C. 47. def. 9. Richter. P. 2. dec. 93. n. 21. seqq. amississe jus civitatis dici non possunt, modo non ex causa famosa facta sit relegatio. arg. l. 22. ff. de his qui nos. infam. ideo & ab honoribus atque collegiis removeri non debent, prout praedicti hoc confirmat Carpz. d. Conf. 47. n. II. & 12. & Pr. Crim. qu. 130. n. 52. Marquard, de Iure Mercat. lib. 4. cap. 1. n. 23. seqq.

§ XXV. Aliquando exosum illud relegationis omittitur nomen, & simpliciter praeprimis honoratoribus injungitur, ut civitem deserant, bona sua divendant, ac in alium locum se conferant. Mev. ad jus Lub. lib. 1. tit. I. art. 6. num. 28. Qualia exempla in subditis seditionis & turbulentis, dominis suis refragantibus, vicinisque graves se exhibentibus, aut servitia debita praestare nolentibus se sistunt, Berlich. p. 1. dec.

AMITTENDI MODIS.

dec. 65. n. 7. Carpz. p. 2. C. 52. def. 16. In academiis hic modus re-legationis micior, dici consuevit *Confilium abeundi*, imponi solitum illis studiofis, qui vel poenam relegationis nondum satis promeruerunt, interim tamen suo vitæ genere scandalum atque incommodum cæteris prebuerent, vel dignitate aliqua congenita pollut. Alias Mevius ad *Ius Lubec. lib. i. tit. l. art. 6. n. 26.* hoc referendam esse dicit, poenam illam nonnullis in locis detractoribus munerum publicorum dictari solitam, amissionem nempe habitationis & domicilii in urbe, *cum indignus sit commendo aure civilis, qui recusat onus civile.*

§. XXVI. Succedunt in perpetuum ad triremes vel opus publicum damnati, quos, sicut & ante jam recensitos civitatem amittere, assero arg. l. 8. §. 8. ff. de pan. l. 17. §. 1. ff. eod. Dn. Praeses in Uſu Mod. ff. de Capit. demin. §. 7. non tamen eandem in damnatis ad tempus esse rationem existimo, arg. d. l. 8. nihilque adjuvat ipsos hodie, antiqua illa differentia, inter damnationem in opus metalli, & damnationem in opus publicum. dd. LL. ubi prior poena durior & servilior erat, haec honestior atque micior. Cujac. lib. 6. obs. 25. Itaque servi poenæ siebant in met. illum seu opus metalli in perpetuum damnati. Autem autem tantum siebant illi, qui ad opus publicum perpetuo quidem condemnabantur, h. e. jura quidem civitatis amittebant, libertatem tamen adhuc retinebant. l. 17. ff. de pan. utroque enim modo civitas amittitur, cum jus civitatis ipsis nullibi reperiatur restitutum. Idem obtinet in damnatis ad triremes, Stamler. de Servit. person. tit. 3. n. 11. Sic etiam damnati ad operas alias in fortalitiis praestandas auff den Bau oder Bestungs-Bau/ comparantur damnatis in opus publicum: Imo & immotam hanc sententiam: Quod omnis ad operas publicas perpetuo condemnatus jus civitatis amittat, propugno cum Dno. Praeside in Uſ. Mod. d. tit. §. 7. quicquid etiam contraria dicat Stamlerus d. Tit. 3. n. 14.

§. XXVII. Sed quid hodie dicendum est de maxima illa capitis diminutione, per quam libertas afferrebat, & servus poenæ factus civitatis jura amittebat? Postquam vero servitus inter

Christianos anno circiter 1200. in desuetudinem abit. Gudelin.  
*de Jure Novi*. lib. 1. c. 4. Greenweg. *ad tit. Inst. de jure person.*  
 Stamler. lib. 1. tit. 1. c. 2. illam non amplius obtinere in propa-  
 tulo est, nisi in locum illorum hodie substituere velimus Turcas,  
 in captivitate justo modo detentos; cum enim Christiani ab in-  
 fidelibus capti, durissima illa servitutis lege detineantur, *R. J. d.*  
*ao. 1542. §. 11.* cur non retorsionis jure nostri captivos infideles ser-  
 vorum assumere conditionem, compellere poterunt. Dn. Præs.  
*in Uf. Mod. ff. de Statu homin.* §. 3. Alias nullus jure novo amplius  
 per poenam servus efficitur *Nov. 22. c. 8.* sed libertatem retinet illi-  
 batam. *Auth. sed bodie C. de donat. inter vir. & uxor.* quicquid et-  
 iam contra sentiant *Carpz. Pr. Crim. qu. 129. n. 1.* Paulus Voët. *ad Inst.*  
*§. 3. quid mod. jus patr. potest. solv.* qui damnationem ad triremes.  
 ad ergastulum publicum, in metallum successisse autumant, sed  
 minus recte Dn. Hopp. *ad §. 3. Inst. d. t.* quamvis enim jure no-  
 vo amittant civitatem *l. 29. ff. de paenit.* silva tamen ipsis manet  
 libertas. Interim perpetuo addictos careeri, vel ergastulo  
 publico, salvum etiam retinere jus civitatis, affirmare non vereor  
 cum B. Brunniemanno *in Exercit. suis ad inst. ad §. 3. quibus. mod.*  
*patr. pot. solv.* Id quod etiam locum inventire mihi persuadeo in  
 ultimo supplicio damnandis, licet enim hi, prout paulo ante di-  
 cendum fuit, per dict. *Nov. 22. & Auth. cit.* libertatem quidem qui-  
 dem retinuerint, sed civitatem non æque; consuetudo tamen  
 Germanie plerisque in locis salvam esse condemnatis voluit te-  
 stamenti factionem. *Carpz. Pr. Crim. qu. 135. n. 22. seq. Richter. P.*  
*1. dec. 57.* idem in Saxonia approbatum legimus in *P. 3. Conf. El. 6.*  
 modo reorum bona per sententiam Filio non sint addicta. *per d. Conf.* Quid ampliatur, ne quidem testamenta eorum, qui  
 mortem sibi consciverunt, futuræ poenæ metu, hodie regulari-  
 ter esse iniuria, fecus ac *l. 2. C. qui testam. fac. poss.* constitutum  
 reperitur; ideoque nec civitatem, nec bona apud nos amisisse,  
 concludunt *Carpz. dict. Conf. d. 13. & B. Brunnenm. add. l. 2. C. d.*  
*1. inf.*

§. XXIX. Interim tamen certam de ejusmodi damnatis  
 regulam hodie dari vix posse, sed cuiusvis Principis, aut populi  
 illam

illam poenam dictantis voluntatem esse attendendam, puto cum Hoppio in *Uso* *bod.* ad §. 3, *Infl.*, quib. mod. pat. pot. solv. & sedulo ad consuetudines & constitutiones principales respiciendum esse, in hisce casibus, moneo cum Dno. D. Lüder. Menkenio in *Tab. suis Synopt. Pandeclar.* sit. de capite minutis juncta *Constit. Elecī. Noviss.* 8. §. wann abet it. & Part. 3. constit. 6. Nisi generali & apud omnes fere gentes una eademque poena, crimen aliquod puniatur, sicut obtinet in *crimine læse majestatis & perduellionis*. Accusatus enim & convictus hujus criminis, sive præsens puniatur, sive absens ob duplicatam contumaciam condemnatus sit, non ipse solum qui crimen perpetravit, sed complices etiam criminis ultimo afficiuntur supplicio; si vero effugerint, sicut & priori casu, nihilominus omnibus juribus, & sic etiam civitatis atque incolatus, privilegiis, honoribus atque bonis, aliorum ad instar bannitorum privantur. Quam poenam universis fere orbis gentibus notam nec non executioni mandatam, plurimis & rationibus & exemplis deducit Knicchen. in *Opere Polit.* lib. 3. cap. 3. th. 10.

§. XXIX. Nunc videamus an ille civitatem amittat & civis esse definit, qui abs sua civitate, in qua degit & cuius juribus fruatur, propter injuriam alteri illataam civitati, eidem traditur, hoc fine, ne per ejus detentionem & factum illud illicitum, causam belli contra se prebeat? Ubi statim distinguendum arbitror, an talis civis deditus læsa civitati, ab illa fuerit receptus, nec ne. Licet enim in l. 17. ff. de *Legation.* ubi quæstio ventilatur, qua poena ille sit afficiendus, qui legatum hostium pul'fasset, & Q. Mutium respondere solitum fuisse percipiamus, eum dedi hostibus, quorum essent legati; & tali casu post variorum disputationes sententiam P. Mutii cum cæteris eo collimassem, ut utroque modo, ex civitate expulsus videretur ille, civisque Romanus esse definit, quem semel populus jussisset dedi, sicut faceret, si aqua & igni interdiceret: Eo tamen nihil obstante, cum in sequentibus verbis legis, maxime autem quæstum esset in Hostilio Mancino, quem Numantini sibi deditum non acceperant, legatur, quod de eo lex postea lata fuerit, ut civis esset Romanus,

adeo ut etiam Prætoram postea geſſiſe dicatur d.l. æquum eſſe  
judicio, ut tradita pondereſt distincſio. Nam pura deditio  
absque receptione alterius partis, lēſa ſcilicet, in ſe folummo-  
do eſt oblatio illius juris, quod civitas habet in ſuum civem, fa-  
cta alteri civitati ad hunc effectum, ut tanquam de proprio ci-  
ve ſupplicium ſumi poſſit; non autem pura abdicatio & renun-  
ciatio. Si itaque deditus ab altera non recipiatur civitate, reti-  
net prior civitas civem, juraque in ipsum competentia, quod  
Cicerō approbat in *Orat. pro Cecinna, his verbis:* Civis, quem  
pater patratus deditid, ſi non eſt ab hoſte receptus, retinet inte-  
gram cauſam & Jus civitatis. Et hoc ipsum adeo verum eſt, ut  
poſt haec civitati adhæc dediti liceat iſum vel plane ejicere,  
vel pro ratione delicti punire, (id quod contigit Clodio, Cor-  
ſis dedito, nec ab iis accepto. Valer. lib. 6. cap. 3.) aut non pu-  
nire, ut multa ſunt delicta in quibus utrumvis fieri potest. Gro-  
tius de *J. B. & P.* lib. 2. c. 21. §. 4. n. 7. Jus etenim civitatis, ut  
& jura & bona alia, non ipſo amittuntur factō, ſed decreto a-  
liquo aut judicio, niſi delictum ipſo Jure infamet; tunc enim,  
etū populus lēſus ſibi illatam remittat injuriam, nihilominus iſ  
pro infami censeri debet, & civitatis membrum tamdiu eſſe  
definit, donec reſtituatur. Conring. *diff. de cive* §. 21. & niſi lex  
aliquam factum habere velit pro re judicata, ut puta per ex-  
pressam ſanctionem ſi fit conſtitutum, ut qui talem in caſum  
perveneſit, eo ipſo civitate excidiſſe ſit cenfendus. Pufen-  
dorff. *d. Jur. Nat. Gent. & Civ.* lib. 8. c. II. §. ult. Plane alia ra-  
tio eſt, ſi deditio à parte lēſa ſit accepta, hoc enim caſu priori  
civitati omne jus in ipsum perit, quia illa volente ſub alterius  
civitatis Imperium pervenit, adeo ut ſi poſtea caſu aliquo re-  
verſus fuerit ci viſis quondam hoſti deditus, ci viſis non niſi ex  
novo beneficio erit. *I. 4. ff. de Captiv.* & poſtlim. quo etiam ſen-  
ſu verum eſſe, quod Modestinus de dedito reſpondit, ſubjicit  
Grotius *cit. loc. qui ibid.* §. 4. n. 2. ſimil exempla deditorum  
tam ex ſacra quam profana recenſer historia,

§. XXX. Fluit ex hoc, perdere & amittere civitatem omnem  
illum, qui hoſſilia contra civitatem tentat, ſive ut, ſuperius di-  
ctum

Etum, hoc contingat in crimine læse majestatis & perduelionis, sive seditionis atque prodigionis, item collusionis cum hoste facta; duo casu non ipse solum delinquens, sed omnes simul descendentes, sociique criminis puniuntur, & sic jura pariter civitatis amittunt. Surdus *Conf. 438. n. 12.* adeo ut ob delictum fernel amissa nunquam recuperari posse, arbitrer per *l. 2. C. de liber. & eorum libert. Surd. d. Conf. n. 14.*

§. XXXI. De Civitatis derelictione atque amissione, etiam quo ad Fæminas quæstio institui solet, *an & ha* viro alterius civitatis nubentes, domicilium mariti, abdicato priori, sequi tenentur. Quia vero haec quæstio magis materiam tantum nudam mutationis tractat domicilio, neque simul ad jura civitatis proprie sic dicta amittenda per emigrationem respicit, legat ea qui vult apud *Dn. Elia* in *August. Stryk. in diff. de mutat. Domicili. c. 3. n. 3. sq.*

§ XXXII. Potius hic accusationi lubet aspicere oculo, famosam illam & perutilem sane questionem, *an civitas vel dominus territorii pro lubitu, nullo etiam antegresso delicto, subditum invitum expellere, ipsique injungere possit, ut civitatem deserat, domicilium mutet, ac se cum bonis suis in alium locum extra territorium ejus ditinom conferat?* Et fateor prima quidem frenite, dum licentia unicuique concessa pro lubitu domicilium mutandi, sicut in subsequentibus sum demonstratus, ob naturam correlatorum, non parum me detineri, quin affirmativæ subscribere in sententia. Si enim uni sociorum vel contrahentium liberum relictum est, quandocunque velit a contractu vel societate recedere, & hinc etiam civis gaudeat licentia abeundi arque recedendi, cur non ex adverso alteri sociorum vel contrahentium, cur non civitati vel domino superiori concedendum est idem, quod contrahentes aut in societate constituti inter se commune habent? vel clarius, cui domino negatur jus civitate expellendi civem invitum, si hic illo etiam invito & forte in ejus damnum alio se conferre queat? Inter civitatem autem & civem intercedere mutuam obligationem in aperto est, dum hic operas pollicetur, & ipsi munera atq; onera civitatis sustinenda; illa autem defensionem, protectionem atq; com-

mo-

modum & utilitatem immunitatum & privilegiorum concedat. Et hinc ob naturam correlatorum ab utraque parte eadem latitatem & paritatem ratio. Verum enim vero a correlatis desumptum argumentum, non spernendae alias efficaciam, hic tamen nullo modo locum invenire potest, quia deterior adeo non sit conditio civitatis, si pro lubitu cives alio migrare queant, quam singulorum civium, ipsos si invitatos, & quod maximum est, etiam nullo antegresso delicto, ex arbitrio suo pellere possit civitas: civis enim, licet etiam non adeo obedientem, prius atque bonum ad arbitrium civitatis sese composuerit, facile iterum in ordinem redigi ita poterit, civi autem si administratio Reipublicae displicerit, aut alias hoc vitæ genus suæ conditioni vel statui inconveniens esse sentiat, quomodo alter fortunæ consilere poterit sua, quam per patientiam aut emigrationem. Puffendorff. d. *Jur. Nat. & Gent. lib. 3. c. 11. §. 6.* Scio quidem cum alleg. *Puffend. d. l.* a civitatibus imprimis antiquioribus Romanorum & aliorum, medium usurpatum fuisse minus odiosum amoliendi cives suspectos, aut supervacuos, & multitudine pregraves, quo cæteris laxior locus fiat, cum eos in colonias transcriberent; sed volentibus hoc plerumque contigisse, *idem subjicit*, dum lautiorem in coloniis speraverint conditionem, qui domi cum inopia conflictabantur, aut ipsi ex oculis civitatis, cui invisi erant, sese subtrahi gaudebant. Quorum exempla coloniarum per multa *cit. aut. annectit.* Sed hic aliud attendendum venit, illi ut plurimum volentes, vel etiam licet inviti, ob publicam tamen utilitatem (de qua paulo post) a iorsu m transferebantur; hi vero inviti exire dum jubentur, injuriam ipsis fieri arbitror, quoniam qui in civitatem aliquam concedit utique omnes suas rationes, sicut in præsens, eidem velut illigat, quas turbari aut everti necessum foret, si quolibet tempore possit expelli. Dn. Puffendorff. *d. l.* Quod cum sit summe odiosum, inde civis hoc quoque a ciuitate velut stipulari intelligitur, ne invitus præter meritum possit ejici. Sed contra ciuitates fortunas suas & incolumitatem unius alterius vulgari civi non superstruxit, adeoque nihil aut parum ipsi

ipsius interest, si is pro lubitu demigret. Ubi enim in aliquo eximio cive magnam collocari fiduciam civitas, solet eundem peculiaribus pactis adstringere, ne pro lubitu discedere amplius possit. *Hec ille, conf. insuper Carpz. ad L. Reg. Germ. c. I. 4, Sect. 2, n. 6. & II. Struv. Exercit. 50 §. 55.* Dixit laudatus Pufend. notanter, invitem prater meritum non posse ejici: Ideo ne in totum & sine ulla exceptione iusta huic sententiae subscriptissime videar, adhuc casum utilitatis publicae hic exceptum volo, quæ supræma lex est *I. 5. ff. de Decret. abort. fac.* cuius in exemplum non paulo ante modum purgandi civitatem per colonias hic repetere possem; item Maurorum ex Hispania factam ejectionem Dn. Beccman. *Histor. Orb. Georg. Civ. p. 2. c. 1. §. 4.* si prolixitas non resisteret. Hoc tantum dico; licitum hoc casu esse Statibus atque Principibus Imperii, subditis in religione à domino dissidentibus, qui anno 1624. religionis suæ exercitium non habuerunt, & quod accedit, si quiete vivere nolint, sed variis turbationibus & seductionibus allorum ansam præbeant, injungere emigrationem, modo tamen spatiū quinquennii ad hanc ipsis relinquatur, per *Instrum. Pac. O. & M. Art. 5. §. 37.* conf. Dn. El. August. Stryk. in *dissertat. de domicilio mutat.* cap. 3. n. 27.

§. XXXIII. Qua occasione in genere, antequam hoc finiatur caput, sed brevibus examinanda occurrit quæstio, an illa per emigrationem propter religionem facta amissio civitatis, liberae civium voluntati relata sit, an vero à Superiori injungi possit, adeoque necessitatis sit? Ubi certum est, ante pacificationem Osti. b. Monast. hinc quæstionem pro & contra disputaram esse, uti inter ceteros refert Gylm. *Tom. I. Symphor. p. 1. tit. 3. V. I. n. 1 f. 165.* & quidem in judicio Camerali, cum anno 1587. die 6. Apr. a Magistratu Colonensi edicto publicato in der Morgen-Sprach/ serio fuisset prohibitum, ne quisquam civium aliter quam secundum Romano-Cathol. doctrinam leges & ceremonias, solennitates & copulationes Baptismum & sepulturum perageret; fecus faciens emigrare teneretur, id quod Rolacorbius quoque in *Praet. Forens.* cap. 31. & seqq. facit, sed ductus pace Religiosa d. 20. 1555.

wo aber unsere re. ibi: mit Weib und Kindern an andere Orth  
zihen / und sich nieder thun wolten re. demum libertate voluntatis esse concludit. Ast adversariorum scriptores necessitatem hujus mutationis defendant, vid. Aut. *Autonomie seu Burghardus*, *Cancellarius olim Coloniens. von Freystellungen mancherley Religionen und Glauben.* p. I. c. 8. & p. 3. c. 27. 29. 32. Protestantium e contra libertatem illius adstruunt, quos allegatos vide apud *Illustr. Dn. de Jena de Rat. Stat. diff. 22. Conf. 1. lit. D.* qui omnes multum de limitata Principis potestate in conscientiam subditorum agunt. Eminent autem inter reliquos Carpz. P. i. Dec. 84. Myler ab Ehrenb. *de Jure P. P. Imperii* c. 83. §. 6. Schütz. *Colleg. Jur. Publ. p. 2. disp. 4. §. 16.* Gylman. *Syphor. suppl. Tom. 1. p. 1. tit. 3. vol. 2. f. 217. seq. & Waremund. ab Ehrenberg. in meditam pro fæderib. lib. 2. c. 1. n. 68. sequ.* Schönborn. *Polit. lib. 4. c. 6.* Quibus claris denique verbis assentitur ipse textus *Instrum. Pacis* diversis in locis. Quo vero caute, sicut & res ipsa, exposcit, hic procederet queam distinctio adhibenda est aut enim cives diversa imbuti religione à domini territorialis vel reliquo rurum civium, illa ipsa quem profertur religionem anno illo notabili atque critico 1624. gavisi sunt, aut non: ultimo casu iterum videndum, an quiete vivant, officium suum cum debito obsequio (uti verba *Instrum. Pac. O. & M. sonant*) & subjectione adimpleant, nullisque turbationibus ansam praebant; an vero in contrarium immo rigeros atque seditiones contra Principem se exhibeant. Jam decisio ex ipsis *Instrum. verbis* petenda venit, ubi, illos quod attinet qui anno 1624. publicum vel privatum religionis habuerunt exercitium, *Art. 5. §. 31* dispositum, quod retinere debeat etiam in posterum, una cum annexis confessionis suæ exercitium, neque per consequens ad emigrandum cogi possint, conf. Scharschmid. *in addit. ad Schütz. Colleg. Publ. p. 2. diff. 4. §. 16.* Altero casu, si quiete & debita erga superiorum reverentia vivant, *Art. 5. §. 34.* præcipitur, patienter ut tolerentur, (iterum utor verbis *Instrum. Pac.*) & conscientia libera domi devotioni suæ, sine inquisitione aut turbatione, privatim vacare, in vicinia vero ubi & quoties volue.

Iuerint, publico religionis exercitio interesse &c. non prohibeantur. Ex quibus porro verbis luce meridiana clarius appetet, per tolerantiam nullo modo indigitari necessitatem abeundi. Dn. de Rhetz. *diff. Jur. publ. 2. de Jur. Stat. Imp. circ. sacra c. 4. n. 11. sequ.* Denique ultimam divisionem quod attinet, refractiones scil. atque inquietos, ad emigrationem cogi posse, omnin caret dubio, ita enim verba sonant *Inst. Pac. Art. 5. §. 36. ibi: si à Domino territorii emigrare iussus fuerit, & §. 37. ibi: sive voluntarie sive coacte emigrantes.* Quod utrumque ex ultinis §. 34. præced. verbis, si nempe contra faciant subditi, explicandum esse, unanimis interpretationem est sententia, vid. latius Knipsch. *de Civit. Imperii l. 2. c. 3. n. 165. seq.*

§. XXXIV. Et sic, ne labor excrecat, colophonem capitii huic primo impono, justo ordine, atque notata methodo, postquam de variis civitatibus amittendi modis egi, ad modum illum specialem renunciationem scil. liberam perecturus in subsequentibus. Sit ergo

## CAPUT II.

De amissione Juris Civitatis in specie  
per resignationem voluntariam facta, deque hu-

jus æquitate &amp; justitia.

An beneficium resignationis liberioris civibus competit, libertatique illorum relictum sit?

Et relictum esse, ob concessam unicuique Juris sui renunciat, probatur. §. 2.

Romanis aliisque gentibus licetum fuit. §. 3.

Respondet hæc resignatione libera Juri Naturæ. §. 4.

An Civilis quis esse desinat, si Rex sine successore moriatur, aut

regnus haberi cœperit pro derelicto? §. 5.

Per resignationem commoda quam doce sentiant civitatis. §. 6.

Hodie per consuetudines domicilium etiam originis mutare licet. §. 7.

Consentit consuetudo & LL fundamentales Imperii. §. 8. & 9.

Et Autores quam plurimi. §. 10.

Resignatio fieri quandoque potest invito Superiori. §. 11.

Et propter religionem. §. 12.

D 2

E 1

- Etiam ab illo, qui ad operas a-  
lia tenetur.* §. 13.
- Limitationes atque exceptiones  
ad Caput. 4. usque reservan-  
tur.* §. 14.
- Sequuntur objectiones. Civis o-  
riginarius jure civ. resigna-  
re prohibetur, curiales item  
& federati.* §. 15.
- Mutua illa inter Dominum &  
subditum naturalis obligatio  
prohibet resignat.* §. 16.
- Emphytevta pro libitu an possit  
ab Emphytevsi recedere.* §. eod
- Per resignationem salus civita-*
- tis publica diminuitur.* §. 17.
- Clients invito protectore Jus  
excutere protectionis pro lu-  
bitu non possunt.* §. 18.
- Prohibet resignationem Consti-  
tutio Caroli M. & Henrici.* §. 19.
- Item Constitutio Friderici II. Au-  
rea Bulla & Recessus Imperii  
de anno 1555.* §. 20.
- Transitus ad solutionem objec-  
tionum.* §. 21.
- Sequuntur responsiones, dubio-  
rumq; resolutiones.* §. eod. §. 22
- 23. seqq. usque ad §. 30. & ult.  
capitis hujus secundi.*

## §. I.

**R**efert autem heic maxime scire, antequam ad personas resignantes, modumque seu formam deveniamus cap. 3. & 4. an etiam hoc beneficium (uti recte à nonnullis audit) *civibus competit & libertati illorum relictum sit?* Prolixam, enim brevis haec quæstio, auguratur responsionem & ventilationem; quo tamen eo distinctius eam evolvere possim, primo omnium adferam argumenta & probations, liberam utique omnibus relictam esse civibus hanc resignationem probantia, postmodum dubia & objectiones inferere liceat, quas suo ordine demum subjicientur dubiorum resolutiones atque responsiones.

**§. II.** Nam primum quod attinet licentiam illam libereret res gnandi defensurus, illa statim arridet sententia magni Pufend, dum, qui civitati, inquit, se adjungit, cura sui ac rerum suarum haud quicquam sese abdicat, sed id potius agit, ut insigne firmamentum sibi circumponat. Quia tamen sèpe contingit, ut regimen publicum privati alicujus rationibus parum expediat; aut alibi commodius iisdem possit prospici: &

ve-

vero postulati nequit, ut ad unius aut paucorum libitum respulca reformetur: proximum erit, ut ipsius sit concessum per migrationem rebus suis consulere. Et migrandi licentiam denegare velle, idem foret, atque liberis hominibus impereare, ne supra parentum suorum conditionem unquam adspirare audeant, laud. Puffendorff. d.l. lib. 8. c. II. §. 2. Accedit, quod cum quilibet rei iurisque sibi competentis liberius sit moderator atque arbiter l. 21. C. Mand. cur ille jus civitatis in suum commodum & vita socialis utilitatem sibi à civitate concessum, iterum dimittere & abdicare impotens reputetur? Arumæus disc. 6. ad A. B. cap. 16. In quæstione enim, num cuiquam juri renunciari possit, videndum semper est, an jus de quo quæritur, inductum fuerit pro ipso resignante, an minus. Hoc modo posteriori illicitam esse, nemo negabit. Hinc etiam juri publico, quod principaliter in favorem renunciantis introductum non est, renunciari nequit. arg. l. 1. §. 2. ff. de J. & J. neque juri privato, quod favorem renunciantis principaliter non respicit. Et sic non amittere videtur rem, cui propria non fuit. L. 13. ff. de R. J. Verum priori casu aliter sentiendum, ubi notum est, quemlibet Juri pro se introducto renunciare posse. L. si quis C. de Paet. Vivius lib. 2. dec. 360. l. 41. v. quia ff. de Minor. XXV. ann. imo licitum esset, juris sui persecutionem, aut spem future perceptionis reddere deteriorem. l. 45. v. cum liceat ff. de Paet. Jam autem quis non videt, jura illa atque privilegia civium in illorum stabilita fuisse emolumentum; sicut ergo beneficium invitus nemo accipit, nec acceptum retinere necessum habet. l. 69. ff. de Reg. Jur. & l. 16. C. de Jure deliber. par modo civis illud pro sua parte repudiare valebit, Arumæus ad A. B. disc. 6. ad cap. 16. cum quod maximum est, renuntiatio solum renunciantibus, non etiam posteris noceat, Klock. Vol. I. c. 6. n. 230. & Patris resignatio filiis non afferat jus quæsumum, Id. ib. cap. 7. n. 932. & 934. Mev. ad Jus Lubec. Lib. 2. p. 232. deniq; renunciationis ea natura sit, ut nec ad alias personas, nec ad res alias, quam de quibus nominatum actum est, extendatur. Nic.

28 CAP. II. DE AMISSione CIVITATIS  
Boér. quæst. 23. n. 9, ad fin. Anton. Faber in Cod. lib. 4. Tit. 21. def.  
15. n. 2.

§. III. Sic civibus jam olim Romanis, tanquam libertatis fi-  
gnum hoc jus competuisse, Cicero laudat in *Oratione pro Balbo*,  
ne quis in civitate maneat invitus. Hæc enim, *inquit*, sunt  
fundamenta firmissima nostræ libertatis, sui quemque juris &  
retinendi & dimittendi esse dominum. Consentit l. 5. & 12. pr. ff.  
*de Captiv. & postlim.* Et apud Hispanos liberum cuique adhuc  
hodie esse alio commigrare & alienæ civitati se adscribere, modo  
id testato apud Principem fiat, refert Bodinus *lib. I. de Republ. c. 6.*  
Philippus Longus Rex Franciæ ao. 1318. legem tulisse fertur, ne  
libertas mutandi domicilium cuiquam eripiatur, utque Magistratus  
civitati priori resignantes, mutatis sedibus in suam recipi-  
ant civitatem, ea adhuc lege, ut eodem ipso anno in nova civi-  
tate, domum tribus drachmis vendi solitam, sibi emant, ac  
Patrono domicilii originis id notum faciant: postmodum vero,  
ut in ea civitate, in quam recepti, a Calendis Novembribus us-  
que ad sextum Calend. Julii subsistere, & eadem tributa, antea  
pendere solita, conferre teneantur. Id, loc. cit. Et si unicum ad  
huc exemplum adjicere licet prioribus valde conforme, optio  
datur subditis Comitatus Ruscionensis, a Gerhardo, ultimo  
eorum Comite, in testamento sub Imperio Ludovici Junioris,  
Gallia Regis, condito, quod apud Puteanum amissio exempla-  
ri auctentico, adhuc exstat in extracto; ubi dico optio ipsiis  
datur, sub Gallo, an Hispano esse malling. Burgoldens. *ad In-*  
*strum. Pac. P. 1. disc. 6. p. 191.*

§. IV. Hæc autem libera civitatis mutatio optime respon-  
det Juri Naturæ; Constat enim, natura unumquemvis nasci  
liberum, ac facultatem habere, de rebus suis disponendi pro-  
lbitu, quod summe contrarium naturæ esset præceptis, facul-  
tatem commorandi ubi velit, libero homini adimere, cum illa  
ipsa natura nos certo loco non affixerit, quasi adscriptitios, sed  
totum orbem inhabitandi concesserit, ita ut patria sit ubicunque  
animo bene est. Joh. Harn. scilicet in disc. de Subdit. vasal. client. Concl.  
52. adeo ut quilibet, mundanum se potius cum Socrate, quam  
gle-

glebae certae adscriptum ferre debeat. Ad quod Val. Flaceus l.7.  
respexisse videtur, dum ita canit: *Omnibus hunc communem  
animantibus orbem, communes & crede Deos; patriam inde  
vocato, qua redit itq; dies: nec nos DIs nata malignis cluserit  
hoc uno semper sub frigore missis, fas mihi non habiles & fas  
tibi linquere Colchos.* Certe enim civitati sese qui adjungit,  
id fecisse non presumendum est, ac si cura sui & rerum suarum  
in totum sese abdicasset; sed id potius egisse, ut insigne firma-  
mentum sibi circumponat. Id quod primariam causam exti-  
tisse apud illos, qui civitates condere & ab injuria aliorum tu-  
tos se reddere primis illis mundi temporibus cogitarunt, una-  
nimis Politicorum omnium fere est sententia, & in constituendo  
superiori salutem societatis civilis eo felicius promovere  
quaesierunt.

§. V. Hinc etiam nonnulli adhuc civem desinere dicunt,  
si Rex sine omni herede ac successore moriatur, aut regnum  
haberi coepit pro derelicto; Singulos enim tunc in liberta-  
tem abire naturalem. Verum falsam horum esse opinionem,  
inde demonstrat B. Pufend. *d.7.N. & G.lib.8.c.ii.pr.* quod cum  
planum sit, regnum ejusmodi casu non penitus dissolvi, sed in  
formam interregni recidere; pereat itaque tunc obligatio  
quidem civium erga Regem, cum nullus amplius existat, ita  
tamen ut primævo adhuc Civitatis pacto inter se cives conjun-  
cti maneat.

§. VI. Sed aliquanto a scopo recessi, redeo itaque inviam, ubi  
ex hac migranti licentia commodum quandoq; sentire civitates  
in comperto est, adscitis aliunde in locum discedentium paupe-  
rum nonnunquam atque seditionis orum civium, aliis viris egregiis  
quiique sua in Civitate præsentia, pauci licet, magis accelerare pos-  
sunt commodum, quam abituerint quaque numerus bis  
duplicatus. Imo multos etiam civitates ideo parum curare, Po-  
liticorum turba docet, an sui cives migrant, sed potius reme-  
dia querere, quomodo non paucos, licto tamen modo & vo-  
lentes, ne ejeci videri possint, utpote in Colonias transferen-  
do, dimittere queant, quod multitudine hominum nimis labo-  
rent

30. CAP. II. DE AMMISSIONE JURIS CIVITATIS  
rent, & publica civitatis salius eo melius conservetur; cum non  
ubique civitati proficuum sit, abundantia civium superbire ca-  
talogo, circa eum, qua licita modo ratione possint, minuendam,  
semper sint sollicitae. conf. Pufend. d. l.

§. VII. Cæterum Joh. Bodin. *l. i. de Republ. c. 6. n. 57. in fin.*  
notat, apud omnes populus id obtinere, ut amittere vel retinere  
civitatem civibus liceat, modo velint, & potissimum hoc ita se  
habere in populari statu, ubi singuli cives majestatis quodam-  
modo participes sunt, post pures alios Gerlach. Buxtorff. *ad*  
*A. B. th. 29. lit. Notanter autem & apertissime Andr. Gail. lib. 2.*  
*obs. 35. n. 5. & sequ. scribit, quo licet domicilium naturale vel*  
*originis Jure communi immutabile sit, per textus cit. aliter ta-  
men se habeat ubique consueto & præsertim in Germania re-  
cepta: ubi civis originarius renuncians civitati, & domicilium*  
*alio transferens, civis esse desinit, non solum quo ad munera,*  
*verum etiam quoad jurisdictionem; & eo ipso quod mutat do-  
micum, perdit privilegia Civitatis, cum secund. Matth. de*  
*Aflisti. decis. 384. civis deferens civitatem, perdit privilegium*  
*civitatis & definit civis esse.*

§. VIII. Et hoc ita esse in nostro Imperio Rom. Germanico, ad notissimam Imperii proxim & quotidianam experien-  
tiā provocat, Henr. Bruning. *de Var. Univers. spec. th. 19. in*  
*Specie autem corroborat hoc ipsum Recessus Imperii de anno*  
*1555. cuius §. 24. cuius dispositio, ut verbotenus hic inseratur,*  
*ē re esse arbitror, & ita se habet: Wo aber Unſiere/ auch der*  
*Chur-Fürsten/ Fürsten und Stände Unterthanen/ der ältern*  
*Religionen wegen/ aus Unſerer/ auch der Chur-Fürsten/ Für-  
sten und Ständen des heiligen Reichs Landen/ Fürſtentümern/*  
*Städten/ oder Fellen/ mit ihrem Weib und Kindern an ande-  
re Orte ziehen/ und sich nieder thun wolten/ denen soll solcher*  
*Ab- und Bezug/ auch Verkauffung ihrer Haab und Güter/ ge-  
gen zimlichen billigen Abtrag der Leibeigenschaft/ und Nach-  
Greue/ wie es eines jeden Orths von Alters her üblich*  
*hergebracht und gehalten worden ist/ unverhindert männigli-  
ches/ zugelassen und bewilligt/ auch an ihren Ehren und*  
*Pflichten allerdings unentgolten seyn.*

S. IX.

## PER RESIGNATIONEM.

31

§. IX. Concordat Instrument Pac. O. & M. Art. V. §. 30. ib.  
 Cum &c. dudum in Pace Religionis talium statuum subditis,  
 beneficium emigrandi concessum &c. & §. 36. Quodsi ve-  
 ro subditus qui nec publicum nec privatum suæ religionis ex-  
 ercitum anno 1624. habuit, vel etiam qui post publicatam pa-  
 cem religionem mutabit, sua sponte emigrare voluerit, aut  
 a territorii domino iussus fuerit, liberum ei sit, aut retentis  
 bonis aut alienatis discedere &c. & §. 37. ibi: neque sive volun-  
 tarie sive coacte emigrantibus, nativitatis, honestæ vitæ &c. te-  
 stimonia denegentur, aut iidem reversalibus in usitatis vel de-  
 cimationibus substantia secum exportatae, plus æquo extensis  
 prægraventur, multo minus spontaneam suscipientibus emi-  
 grationem, servitutis aut ullo alio prætextu impedimentum in-  
 feratur. & §. 39. ibi: Si vero sua sponte emigrant, & bona sua  
 immobilia vendere vel nolint, vel commode non possint. &c.

§. X. Hæc sunt præcipua ex legibus Imperii fundamentali-  
 bus loca probantia, quorum intuitu, tanquam norma quoti-  
 die fere in Imperio nostro ita in substrata materia pronunciari,  
 non Galilius modo loc. cit. n. 10. sed & Hahnus ad Wesenbec. tit.  
 ff. ad municip. responso J. Ctorum Helmstadiensium, die 8. Aug.  
 anno 1631. præmissa ibi quæstione pro & contra ventilata, cor-  
 roboret, quod hic, ut insératur, non necessum judico. Con-  
 sentiunt omnes, quos evolvere in hac materia mihi contigit  
 autores, adjectis licet limitationibus ( quas in subsequenti Cap.  
 4. de forma atque modo resignandi acturus adferam ) jureque  
 communii & hodierno Imperii receptam hanc esse consuetu-  
 dinem afferunt atque propugnant. Quorum saltem præci-  
 puos adhuc ut hic adjiciam, non potui non omittere. A-  
 gnen itaque ducunt, Illustr. Dn. Pufendorff. de J. N. & G. lib. 8.  
 c. II. Grotius de Jur. Bel. & Pac. lib. 2. cap. 5. §. 24. & 57. B. Brun-  
 nem. ad l. 31. ff. ad Municip. n. 2. Christ. Besold. de Jure Civium.  
 cap. 2. §. II. p. 42. Henr. Klock. de Vectigal. Concl. 63. tit. 6. Joh.  
 Marci. Responsor. Jurid. resp. 1. Schœnborn. lib. 3. Politic. c. 34.  
 vers. Cæteri, Bodinus de republ. lib. 1. c. 6. Mart. Mager. de Advo-  
 cas. Armat. cap. 16. n. 126. Dn. Ahasy, Fritsch. in Tract. de Resi-  
 gnat.

E

gnat.

32 CAP. II. DE AMISSIONE JURIS CIVITATIS  
gnas. cap. 9. Dn. El. Aug. Stryk. diff. de Domicilii Mutatione. cap.  
2. Arumæus diss. 6. ad A. B. cap. 16. n. II. Besold. Thes. Præd. Spei-  
del. & Wehner. voce Abschöff. Crusius de Jure de trac. e. i. n. 9. Frid.  
Müller. in Prædica rer. forens. Marchica. resolut. 16. n. 3. Conring.  
dissert. de Give. §. 24. Gail. lib. 2. Obs. 35. & 36. n. 7. seq. ibique Bernh.  
Greven. Confid. 2. n. 3. Knipschild. de Jure Civit. Imp. lib. 2. cap. 20.  
Manzius decif. Palatin. dec. 18. Mevius ad Jus Lübec. lib. 1. tit. 2. art.  
2. n. 69. & p. 5. dec. 24. Zahn. Ichogr. Jur. Munic. c. 14. Dn. de Rhetz  
Inst. Jur. Publ. lib. 2. tit. 14. §. 6. & 7. Dn. Ringk. Progymnasm.  
Prax. Jurid. Progymn. 14. Myler. ab Ehrenbach. de Principibus  
& Statibus Imperij. cap. 63. §. 4. Pauermeister. de Jurisdict. p. 2.  
c. 8. n. 38. Matth. de Afflict. decif. Neapol. 384. n. 13. Mingius de Su-  
perior. Territor. conclus. 83. &c.

§. XI. Quos inter quidam adhuc reperiuntur, qui dicta  
ampliant & ulterius libertatem resignandi atque emigrandi ex-  
tendunt, ut etiam discedere liceat, non solum consentiente,  
verum etiam invito & dissentiente domino vel civitate: ut  
videre licet apud Arumæum. ad A. B. d. I. Mager. d. cap. 16.  
Advoc. arm. n. 127. B. Ziegler. ad Calvol. Prax. §. Civitas. n. 48.  
Struv. Syntagm. Jur. Civ. Exercit. 50. th. 34. Schepeliz. ad Confusio-  
tud. Brandenb. p. 4. tit. 14. §. 1. n. 8. Myler. ab Ehrenbach. d. I. n. 4.  
Liebenthal. Colleg. Polit. Exercit. 15. Quæst. 8. Knipschild. d. I.  
lib. 2. c. 20. n. 2. &c. Cum jurisdictio Senatui in cives conces-  
sa non tantæ sit efficaciæ, ut semel eos in numerum civium  
adscitos, postea invitatos perpetuo detinere possit. Ziegler. d. I.  
sed eo etiam invito civilicium sit domicilium suum alio trans-  
ferre & emigrare, modo malitiose non fiat. l. 15. §. pen. ff. ad  
Municip. l. 12. ff. de captiv. & postlim. Verum an simpliciter  
ubique hæc procedat tam uniformis omnium assertio, cum hic  
ulterius locum de ea differendi non videam, ad subsequens  
Cap. 4. remittere lubet; uti & sequentem aliam & communem  
quorundam opinionem, liberam adeo & justam esse civitatis  
renunciationem, ut nullo modo censendum sit, statutum sim-  
pliciter hac in re contrarium valere posse, quo quis prohibe-  
tur, ne domicilium mutet, quia naturali libertati nimium

quan-

quantum aduersetur, l. 71. §. 2. ff. de cond. & demonst. arg. l. 28. §. 1.  
ff. qui & ex quib. caus. maj. Klock. de Contrib. c. 1. n. 242. Rume-  
lin. ad A. B. diss. 5. th. 5. Myler. de Princip. & Stat. Imp. c. 63. vers.  
nec cens. Schepliz. ad Confuet. March. p. 4. tit. 14. §. 2.

§. XII. Ulterius permisum esse etiam propter religionem ci-  
vium renunciationem à religione domini dissidentium, in ante-  
cedentibus, tum ex R. J. de anno 1555. §. mo aber Unsere, tum etiam  
ex Instrum. Pac. Art. 5. §. 30. 36. & 38. demonstratum fuit.

§. XIII. Denique adhuc idem beneficium competere illi af-  
serit Manzius Decif. Palat. 18. n. 19. etiamsi ad operas teneatur;  
quia opera dte Schaar-Werke oder Grohn-Dienste regulariter  
à rusticis nostris tantum occasione & contemplatione bono-  
rum debentur: Possunt ergo rustici hoc modo prædium, cui  
talia adhærent servitia, dimittere, vendere, repudiare, atque ita  
ab illis sese liberare. Colerus de Process. Execut. p. 1. c. 9. n. 75.  
Ultimo tandem & in genere libertatem & justitiam hujus resi-  
gnationis tanquam beneficii probaturus, plurimorum ut re-  
fert Eric. Mauritius in Posit. Jur. Feud. Controv. Decad. 13. pos. 9.  
& vulgarem JCTorum sententiam, qui omnia exemplo vasallii  
clarefcere notant, cum ille, quamvis beneficium maxime à do-  
mino obtineat, id tamen ei si velit, etiam invito refutare possit,  
c. un. in f. de Vasall. qui cont. Conf. Lothar. 2. Feud. 38. & c. un. de  
Vafall. decrep. etat. 2. Feud. 14. cum, ut superius jam dictum, in-  
vitus nemo beneficium accipiat vel retineat l. 69. ff. de R. J.

§. XIV. Hæc sunt quæ ad corroborandam æquiorem & no-  
tiorem sententiam pro libertate resignationis adducta fuere:  
Cum vero nulla, juxta, brocardicum illud, regula inveniatur si-  
ne ulla exceptione, è re esset, ut & hic asserti subiecte limita-  
tiones debitas non differrem: Verum enim vero, quia hæc po-  
tius ad modum & formam pertinent, quando scil. & quomo-  
do, & quibus conditionibus institui debeat à civi migrante hæc  
resignatio, ut liberum sortiatur discessum, hinc nec crambem bis  
coctam apponere mihi inscio contingat, cum gratia tamen Be-  
nev. Lectoris, limitationes hic annexere jam super sedeo, in Cap.  
lequ. 4to. ubi de forma resign. oratio erit formanda, tanquam

34 CAP. II. DE AMMISSIONE JURIS CIVITATIS  
loco opportuniore, ea allaturus. Nunc potius de eo sollicitus  
ero, quomodo *objectiones* hinc & inde deprehensas atque obstan-  
tes elidere possum.

§. XV. Primam autem omnium illam deprehendo *objec-*  
*tionem desumptam ex jure civili*, ubi domicilium naturale  
vel originis civis originarius vel municeps mutare aut domi-  
cili translationem instituere cum effectu non potuit. *l. 4. C. de*  
*municip. l. 10. & l. assumptio. 6. ff. ad municip. l. Jura, ff. de R. J.*  
*Gail. lib. 2. Obs. 36. n. 5. Mev. ad Jus Lubec. lib. I. tit. 2. art. 2. n. 16.*  
*Brunnem. ad a. l. 4. C. ad Munic.* Imo quod & incola, ut ut ma-  
xime alias ipsi liberum sit incolatum mutare, si muneri alicui  
publico jam sit destinatus, non possit, nisi perfecto munere, in-  
colati renunciare. *l. incola 34. ff. ad Municip.* 2. Curiales vel De-  
curiones antiquitus fortunam suam mutare non poterant, sed  
in curiis perseverare suis necessum habebant. *l. 4. l. 5. o. C. de De-*  
*curyon.* Et in foederibus moris fuisse, Principibus obtestari, se foed-  
eratorum subditos & vasallos minime esse admisuros. Cujus  
exemplum recenset Cicero in *Orat. pro C. Balbo*, qui ipse, pro-  
hibente id clausula foederis Gaditan, ne scil. quis foederatorum  
à populo Romano recipetur civis, à Pompejo civitate Rom,  
tanquam confœderatus donari non poterat. Id quod & Gal-  
lis idem contigisse scribit; & Bodinus *lib. i. cap. 6. de Republ.* re-  
fert, adhuc hodie idem jus inter Gallos & Helvetios, ob foedus  
anno 1520. idem obtinere. Imo consuetudine aliarum gen-  
tium omnibus Principibus atque civitatibus, pro jure Majestatis  
& Imperii, cives domi semper continere licuisse, aut licere,  
subjicit id. Bodin. *d. i. Surd. Conf. 210. n. 14. Vol. i. Knipsch. d. i.*  
*lib. 2. c. 6. n. 193.* ita ut si ab alio detineantur vel alibi operentur,  
domum revocare possint. *Id. ib.*

§. XVI. 3. Occurrit mutua & correalis inter dominum  
& subditum obligatio naturalis; Sicut enim dominus subditos  
alienare nequit, vel dominus vasallum invitum, per c. i. §. *sequitur.*  
*l. Feud. 22. c. . . §. prieterea de prohib. Feud. alien. per Frid. 2. Feud.*  
*ss. l. invitus & ibi Gloff. ff. de fideic. libertati. Menoch. Conf. 264.*  
*n. 27. & Conf. 377. n. 10. Matth. de Afflict. dec. 265. n. 31.* Imo jus  
ali-

alicui quæsitum ipsi invito per Imperatorem, nequidem ex plenitidine potestatis, afferri queat. Knipsch. de Civit. Imp. lib. I. c. 18. n. II. sic & e contra subditi alteri, quam vero domino, se submittere non debent; cum subditi se habeant ad dominum, ut liberi ad patrem. Thomas Michaël de Jurisdič. Concl. 138. l. ii. b. 4. Emphytevta non potest pro lubitu suo ab emphytevsi recede-re Valafus de Jure emphytev. qu. 38. n. 25. conf. Jus Bavariæ, tit. 21. art. 16. fol. 296. ergo neque civis a civitate, vel inquilinus pagi a pago.

§. XVII. 5. Per hanc liberiorem civium resignationem Fiscus contra sui naturam tabescit, publica civitatis munia & expeditiones impediuntur. Nov. 43. in proem. & sicuti Imperii augusta celitudo illustrium fundorum occupationibus depresso vilescit. Zach. Victor. de causis exempti. concl. 8. sic etiam civium emigratione bonorumque transmissione civitas decrescit; diminuuntur divitiae & dignitates, in quibus decus & splendor civitatis consistit & Reipublicæ. Schurff. Consil. 22. n. 1. Vol. 2. 6. Interest etiam Reip. per plures consuli. Plutarch. de Republ. Marsili. de Magistrat. l. 2. c. II. n. 7. ubi enim major numerus, ibi zelus dexterior presumitur, c. Ecclesia. X. de offic. deleg. ac plura habere membra conductit, cum quo major numerus civium, eo major potentia, splendor & securitas civitatem replet. Knipsch. d. I. p. 145.

§. XVIII. 7. Clientes, si semel alicujus protectioni se subje-  
cerunt, pertæsi protectionis, invito protectore jus excutere  
protectionis nequeunt, nisi pacto ab initio renunciationem si-  
bi reservaverint, cum semel alicui jus quæsitum sine voluntate  
atque ejus consensu, ipsi iterum afferri non possit. I. f. ff. de  
paſt. Thom. Maulius de homag. tit. II. de Jure protec. n. 13. Münzius  
Decis. 18. n. 5. Mindan. lib. 2. de mandatis tit. 8. c. 14. n. 28. 2. Patres fa-  
miliæ, qui cum ab initio civitatis jecerunt fundamenta, p. Etio  
intelliguntur singuli singulos obstrinxisse, quod ipsi suas vires  
in commune velint conjungere. Pufend. de J. N. & G. lib. 2. 6.  
II. §. 2. inf.

§. XIX. 9. Antiquissima extat Constitutio Caroli M. de pace

constituenda & conserv. & de divis. regni facienda inter filios, quæ apud Goldastum Tom. I. Constitut. Imperial. fol. 10. legitur, & in §. 10. hæc verba continet: Similiter præcipimus, ut quemlibet liberum hominem, qui dominum suum contra e-  
jus voluntatem dimiserit, & de uno regno in aliud profectus fuerit, neque ipse Rex fuscipiat, neque hominibus suis con-  
fentiat, ut talem hominem recipient, vel juste retinere præ-  
sumant. Hoc non solum de liberis, sed etiam de servis fugi-  
tivis statuimus ordinandum, ut nulla discordia relinquatur occasio. 10. Huic non absimilis est illa Henrici  
constitutio, quam exhibet Id. Goldast. ib. fol. 79. & inscribitur:  
Künig Heinrichs/ Keyser Friedrichs des andern Suhne/ Consi-  
tutio von den Zwengen und Pfälzburgern, ubi statim cap. I. hæc  
leguntur verba: Und ernstlichen wöllen und gebieten wir ic. daß  
Keiner der Eigen sey / weder heimlich noch öffentlich zu dem heyl.  
Kirchen-Ambt oder Gochhus gebracht / weder Er noch seine Güter  
werde / es geschehe dann mit sines anerbornen Herrn wissen und  
willen. Cap. 4. ita: Item die Bürger / die do Pfälzburger ge-  
nand sind / sollen gänzlich abgelegt werden. & Cap. 5. Item, der  
Fürsten / der Edlen und der Kirchen eygen leut sollen in Unsern  
Städten nicht ingenommen werden.

S. XX. n. Accedit Constit. Friderici II. von den Pfälzburgern, apud Goldast, loc. cit. fol. 87. quæ Cap. 9. ita sonat: Wir  
sehen und gebieten / daß man dy Pfälzburger allenhalben lasse.  
Wyr wollen in Unsern Städten keinen. 2. Wir verbieten auch  
daß Nyemand kein Montmann hab. Denique consentit REC.  
IMPERII de Anno 1512. zu Erier und Cöln. §. Und nachdem sich  
mannigfältig im Reich begiebt / daß etliche leichtfertige Unterthanen/  
nen / umb verschuldete Sachen von Ihrer Herrschaft abtreten und  
räumig werden / dem Rechten zu entflühen oder sich sonst unziem-  
licher weiz wieder ihre Herrschaft oder Nachbarn empören und  
Unwillens bestreichen ihre Herrschaft oder desselben Unterthanen be-  
dauen ic. wollen: Haben wir / denselben zu begegnen / geordnet  
und gesetzt / daß hinführō niemand dieselbe wissenschaftlich enthalten/  
haugen / herbergen oder vergleichen Vorschub thun: Sondern  
sollen

föllen sie die Obligkeit / darunter sich solche ausgetretene hielten / so bald sie dergleichen Untreu vernehmen / oder verstanden hätten / zu Pflichten annehmen sc. in antecessum vero idem statuit A U R .  
BULLA. Tit. 16. von Phalsburgern. per totum, qui titulus verbo - tenus si hic inseri deberet, dimidiam facile impleret paginam, hinc illud facere hic omitto, & loco opportuniori omnia re - servo.

§. XXI. Et sic dubia quædam proposuisse sufficiat, si alia adhuc restant, publicus atque solennis deteget conflictus; jam autem inscius eorum, ad præsentis, quantum fieri poterit respon - siones suppeditaturus, Ad primam me converto Obje<sup>ct</sup>ionem, ubi domicilium naturæ vel originis jure communi immutabile fu - issit concedo; verum inde non sequitur, ergo ad aliam civi - tatem se conferre non potuit; ut raseam hanc immutabilitatem præcipue pertinere ad munera & honores, non vero quoad ju - risdictionem vid. Gaiius lib. 2. Obs. 36. n. 5. & Carpz. lib. 2 resp. 21. n. 10. Ex qua causa, ut simul ad zedum respondeam, Curiales per emigrationem, cum adhuc semper jus retinerent originis, & eo intuitu ad munera publica essent obstricti, curialitatē fese eximere ideo non potuisse. Id ipsum vero hodie, si ad hoc offi - cium illud in Republica aedesset, non procederet, cum jus ori - ginis per emigrationem, sicut in reliquis, ita enim in specie quo ad munera publica sublatum atque mutatum reperitur, ita ut cessante causa, merito etiam cessare debeat effectus. Hahn. ad Wesemb. tit. ff. ad Municip. in præjud. p. m. 1144. fin. Cui alien - titur Gaiius lib. 2. Obs. 36. n. 7. qui ubique aliter se habere con - suetudinem dicit, & præsertim in Germania receptam: Ubi civis etiam originarius renuncians civitati & domicilium alio transfe - rens, definit esse civis, eoc; ipso cum mutat domicilium, perdit privilegii & jura civitatis. Accedit Matth. de Afflict. qui dec. 384. per tot. limitando. Origine 4. C. & l. assumpcio. 6. ff. ad Municip. domicilium originis mutari non posse, ut procedat, nisi id postea deseratur; nam civis, pergit, deserens civitatem, perdit privilegium civitatis, & definit civis esse. Antiquorum autem Curiales quod attinet, si hodie adhuc in usu essent, post dict. Rec. Imp. d. aa. 1555. liberam ipsis quoq; futuram esse emigrationem

pu-

puto, cum dubium non sit, quin lex posterior deroget priori, idque obtineat, etiamsi prior sit specialis, posterior vero generalis, si constet de mente posterioris & rationis identitate vel generalitate. Tusch, *litr. G. pract. concl. 36 n. 96. seqq.* prout ex Recessu Imperii ejusmodi generalis intentio satis patet. Hahn. ad Westemb. d. l. Quod tandem exemplorum loco adjectum est de foederatis, notandum est, foederatos hac in parte legum civium placita sequi non solitos esse; cumque foederibus de non recipiendis confoederatis clausula inseratur, propter specialem conventionem omnes foederis partes servandas esse, *l. i. ff. de pact.* Manz, *qu. 18. n. 32*

§. XXII. Ad *statum* respondeo, hic loci correlatorum non eadem; sed plane diversa inter dominum & subditum adest ratio; nam qui hic præcipui momenti est, favor libertatis civium Romanorum, non ex parte dominorum, sed subditorum se tener: Deinde alienando subditos invitatos, dominus præjudicaret juri alieno, quod prout, deductum fuit in ipsa objecione ex diversis Juris textibus, non licet, sed subditus resignando Jus civitatis, renunciat juri & favori suo, quod quilibet potest. Joh. Marci, *Respons. Jur. I. p. 2.* Sicut & superius ostensum fuit, vasallum quidem omni tempore pro lubitu, domino etiam invito feudum repudiare posse, sed e contra domino vasallum alienare invito non licere. Quod *4to* dicitur, Emphytevtam non posse relinquere emphytevi in invito domino; falsum est, nec enim ita laeditur dominus, ad quem pleno Jure redit prædium; & etiamsi hoc admittatur, quod tamen fieri nequit, non tamen video, quaratione ab Emphytevta ad civem argumentari quis possit?

§. XXIII. Ad *statum* & *etatum* responsionis loco velim, ut legendantur verba illustr. Pufend. superius allata, cum de justitia & libertate hujus resignationis verba fundere initium faciem; nec non illa, cum affererem, interesse quandoque civitatis; ejusque emolumento cedere, paucos sed bonos numerare cives; imo civitates non raro remedia querere, quomodo abundantem civium numerum, licto tamen modo expellere queant, ut

mo-

modo civitatis salus publica eo melius promoveri possit, cum vi-  
tium sit, inque vergat Reipubl. detrimentum multitudine ho-  
minum laborare civitatem.

§. XXIV. Septimum quod concernit, dixi antea cum Zieg-  
ler, *S. civitas, concl. 2. n. 4.* Jurisdictionem Senatus in cives con-  
cessim, non tantum esse pondetis, ut eos semel in numerum ci-  
vium adscitos, postea invitos perpetuo detinere possit. Et si dicam  
quod res est, nihil interest, utrum quis adscitus in numerum ci-  
vium sit, an nativitate Jus civitatis habeat; utroque enim mo-  
do liber pater discessus Besoid. *Theſ. Praed. voc. Abschöß.* Clien-  
tes autem, cum submissio illa in clientelam, ad ipsorum solum  
utilitatem initio facta fuerit, ea intentione, ut quandocunque  
ipsis liberet, rursus exire tutela liceret, non quidem ut amitte-  
rent, sed illibatam potius retinerent libertatem, & absque illa  
mercede pacta protectori se submitterunt, quo contra aliorum  
injuriam tuto defenderentur; nihil obstat, quo minus tali mo-  
do sua solius causa eligens protectorem, pro libitu clientele  
iterum renunciare queat. *arg. l. 2. §. exactis dein regib. ff. d. O.*  
*J. l. 3. & l. naturalem. in pr. ff. de acq. Rer. Dom. Mager. de*  
*Advocat. Armat. c. 16, n. 14.* Porro etiam quilibet pactio,  
ob unius utilitatem facta, eousque tantum valet, nec ultra durat,  
quam quoisque illi placet. *l. penult. C. de Paed. l. si quis in*  
*conſcrib. C. de Episc. & Cler. l. egregius, ff. de V. O.* evam ex  
Pufendorffio allatam objectionem, sicut ipsius afferre verbis  
volui, ita etiam continuata serie eam destruere animus est; ubi  
falsam esse assertionem ex eo probat, quod etiam in aliis societa-  
tibus renunciare possit socius, si modo id fiat citra dolum mal-  
lum, non intempestive & in fraudem cæterorum, presertim si  
ad certum tempus societas non sit contracta. *d. lib. 8. cap. II. §. 2.*  
*in fin.*

§. XXV. 9. Antiquam quod attinet Caroli M. constitu-  
tionem, nemo non videt factam fuisse, sicut & ipsa de-  
monstrat inscriptio, ad pacem faciendam & constituendam in-  
ter filios, in regnorum inter hos divisione. Quia vero ea obti-  
neri vix posset si uniatque alteri subditorum libera relinquere-

tur dominum mutandi licentia, quippe quæ odia atque rixas nunquam non inter confines dominos excitare valet; hinc ut huic obviā iret malo, præcepit, ne ullus emigrare de regno in aliud regnum tentet. Accedit, quod hanc einigrandi prohibitionem magis inter filios quam alias statuere præsumitur, & de iis tantum loquitur, qui sicut verba textus sonant, dominum contra ejus voluntatem dinnittunt, & de uno in aliud proficiuntur regnum. Jam autem lege publica, vel etiam statuto, omnino prohiberi posse liberam alias emigrandi & resignandi naturalem facultatem, in Cap. subsequenti IV. videbimus. Eadem tene ratio obtinet in sequenti objectione 10. ubi itidem quod constitutionis primum concernit caput, resignationem atque Status mutatio absque consensu domini interdicitur, quem alias tanquam necessarium requisitum & modum resignationis Cap. IV. adducam. In reliquis sermo est de Phalburgeris, hominibus istis fœdi fragis, qui, modo jugum excutere possint, de uno in alium locum se conserunt. Quibus non sic solum Imperator Henricus, sed etiam Fridericus II. in citata Constitutione quæ unum contrarium præbet argumentum, resignationem interdixit. Verum parum vel plane non observatas fuisse constitutiones modo allatas, ex Constitutione Sigismundi, anno 1431, Norimbergæ promulgata, videre licet, cuius verba hoc pertinentia, ita habent. *So ist Uns mit manngfältiger Klug färb acht / wie daß noch heutiges Tages großer Unwill und Miss handlung in Unfern Landen sind / von selcher Phalbürger wegen / zwifsten vil Herrn Geistlichen und Weltlichen / und auch den Städten und andern die solche Phalbürger über die Richtung zu Eger / und auch über König Heinrichs vor genandte / und anderer Könige Ordnung gesetz / nicht aufhören ein zu nehmen. sc.*

§. XXVI. Ex quibus simul verba Aureæ Bullæ interpretationem recipiunt, dici quoque ibidem, testantibus verbis ipisis, de Phalburgeris, quippe quos, sicut in subsequentibus dicetur, tanquam subditos alterius & cives adhuc, quiq; nondum antiquo renunciarunt domino, in novam & plane aliam civitatem

PER RESIGNATIONEM.

tem assumere Magistratus nequeat Buxtorff. ad A. B. c. 16. tb. 99.  
lit. f. Mager. de adv. arm. c. 16. n. 127. Et in Recessu denique  
Imperii de anno 1512. prohibitio dirigitur, tecto salrem nomine,  
in jam nominatos Phalburgeros, illosque subditorum pessimos,  
qui verbis ipsis ostendentibus, umbroschuldet Sachen von ihrer  
Herrschafft abreifen und räumig werden / dem Rechten zu entfliehen  
oder sich sonst unzähmicher Weise wieder Ihre Herrschafft oder  
der Nachbarn empöhren und Unwillens bestreiten z.

41

§. XXVII. Quia ergo sermo de iis tantum procedit, qui ut  
plurimum inscio domino, modo per quam illicio atque diu ante  
improbato renunciare dominis suis prioribus allaborant;  
non video, cur hi textus liberam illam resignationem, modo  
confero, justo tempore, debita forma, & ex causis licitis atque  
concessis si institui si, impeditre possint; prout id ipsum patet ex  
ultimiſ §. 16. A. B. verbis 2b. es sy den das sie leiblich und quſſ  
richtig in die Stadt ziehen / und mit der That und Wahrheit ohne  
Betrug in solchen ihren S h und Heed haben z. In primis re-  
signacionem institui si videoas à personis, quibus permisum est  
juri suo, quod in civitate quoquaque etiam modo nachi sunt,  
renunciare. Ad quos, ut eosdem probe perspectos atque no-  
tos habeamus, & quinam libere resignare possint vel non, sci-  
re queamus, sine ulteriori hæſitatione & dilatione, me confero,  
& quidem ex professo in subsequentibus.

CAPUT III.

De Personis Resignantibus.

Inquiritur in conditionem Phal-  
burgerorum per definitio-  
nem, variamque illorum ac-  
ceptionem. §. 1.

Differunt ab incolis atque fo-  
rensisbus. §. 2.

Incola quid sit, & in quibus con-

veniat cum cive vel non, ex-  
ponitur. §. 3. & 4.

Cum incolis confundendi non  
sunt per tempus in civitate  
commorantes, inquilini, ex-  
ules & peregrini. §. 5.

F

H

**CAP. III. DE PERSONIS**

- A*m*  
Hi omnes non indigent resignatione. §. 6.  
Derivatio & varia acceptio vocabuli civis occurrit. §. 7.  
Antiqua civium diversitas hodie cessat. §. 8.  
Civis vocabulo non omnis subditus venit. §. eod.  
Quoniam suburbani etiam civium appellatione veniant. §. 9.  
Variant locorum consuetudines §. 10.  
Difficilis est civis accurata definitio. §. 11.  
Rejicitur Bodini, assumitur Knichens. §. 12.  
Dividitur civis in originarium & voluntarium seu adscitum. §. 13. & 14.  
Per certum tempus in civitate viventes, quando cives fieri debeant. §. 15.  
Quid sit civis honorarius §. 16.  
Quid confederatus? exponitur. §. 17.  
Dividuntur cives in patricios & plebejos. §. 18.  
Plenos & minus plenos. §. 19.  
Quid sit civis privilegiarius. §. 20.  
Quid Rathinburgicus ein Rassen-Bürger. §. 21.  
Quid Friburgerus, ein Frey-Bürger §. 22. dicitur.  
An scholaris ratione domicilii illius civitatis in qua habitat civis sit censendus, negatur. §. 23.  
Excusat capitis hujus ergo lectorum prolixitas. §. ult. 24.

**§. I.**

**Q**uoniam in antecedentibus fere ubique in evolutione constitutionum, res nobis fuit cum famosis illis Phalburgeris, non inutile fore puto, si cum illis caput hoc 3tium incipiam. Dixi quidem, ut puto satis iamjam de statu atque conditione Phalburgerorum Imperii constitutionibus severae adeo condemnatorum; interim tamen, ne quid maneat residui, tribus si fieri commode potest lineis, aliquid adhuc adjectum, illam scil. Phalburgerorum definitionem, quam Myler. ab Ehrenbach. exhibit in addit. ad Rumelin. in A. B. p. 2. disc. 5. *Concl. 1.* Sunt, inquit, qui in fraudem sui superioris, in aliam civitatem se adscribi procurant, ut ejusdem privilegiis & defensione fruantur, salvo manente prioris civitatis jure & immunitate. *Vel clarius adhuc*, medium quasi, vel potius spuriam

riam speciem inter cives originarios & assumptos faciunt Phalburgeri, qui sunt alterius subditi, per fraudem in alia civitate jus civis obtinentes, in eum finem, ut in diversis territoriis pro utilitate sua juribus competentibus uti possint, & ejus protectione, ubi commodum sentiunt, contra alterum dominum frui valeant. Knichen. in *Opere Pol.* l. 1. c. 6. th. 13. Carpz. *disp.* *Feud.* 7. *Semid.* q. 4. Quam Phalburgerorum descriptionem, ipsa exhibet A. B. in c. 16. *juxta exemplar Germanicum his verbis:* Dergleichen Bürger und Unterthanen sich unterstehen / das Joch der ordentlichen gebührlichen Unterthanigkeit von ihnen zuvers / dieselbe aus freuentlicher Dürftigkeit verschymähen / in andern Städten umschweiss suchen und darinnen zu Bürgern behren aufgenommen zu werden / auch oftmalhs solches erlangen / aber nichts desto weniger in Ihrer vorzen Herren / die sie mit solcher Untreue verlassen / Städte, Märkte oder Dörffer / darin sie sich häuslich nieder gelassen / leiblich sitzen und bliben / und sich nur mit der andern Städte Freyheiten behelfen und beschirmen wollen / welche man in Denftland Phal-Bürger nennet re. Dieti à falsch/ quasi falsche Bürger. Arumeus ad A. B. c. 16. Bözler, in *Norit.* *Imp.* l. 2. c. 5. in *fin.* Speidelius in *Notab.* *voc.* Phal-Bürger. in specie conf. Limnæus ad A. B. c. 16. qui plura admodum & notata digna de iis & illorum etymo annotavit. Dicuntur alias Mund-Leute / sicut non solum ex constitutione Friderici II. cap. 9. ibi daß niemand keinen Mont-Manit hab re. elucescit; verum etiam apud Kyriandr. in *Annal.* *Trevirens.* p. 15. f. 19. in privilegio Ecclesie Trevirensi à Carolo IV. concessio, alternative Mund-Leute / id est Schutz und Schirms-Genossen / vocantur.

S. II. Existimat Knipschild, d. *Civis. Imp. lib.* 2. c. 29. n. 76. tales hodie esse vel dici incolas atque forense, qui ratione domiciliis forum in aliqua fortiuntur civitate, & alibi Packt-Bürger appellantur; ea ex ratione, quia certo quasi pacto inter illos & civitatis magistratum inito, huc illi certum tributum persolvere debeant, das Schutz und Schirm-Geld. Hic contra

tra illis liberam in urbe habitationem defensionem atque protectionem concedere teneatur. Sed hos non confundendos esse, moneo, licet enim incolae atque forenses hodierni quandoque etiam civium nomine veniat, magis tamen improprie, quam in Phalburgeris adhibetur; hinc & communiter, quod Lipsiae quoque fieri solet, incolae tales & forenses, quia statuto in numerum civium ob diversam religionem, vel aliam ob causam recipi non possunt, soluta Magistratui annua pensione, jus manendi atque mercandi accipiunt; ut sunt Itali communiter aliique. E contrario Phalburgeri subdole & fraudulenter, oneribus civilibus se subtrahunt, & commoda tantum civium habitationemque habere liberam allaborant. Qua de causa severe adeo in Imperio nostro in antea recensitis constitutis sectis, si ita loqui licet, horum falsiorum interdictitur; accedit, quod inde inter Status Imperii præteritis seculis multa orientur dissidia, adeo ut Carolus IV. antecessorum hac de re latae constitutiones per A. B. tit. 16. quasi renovare atque firmare utile reputaverit, & talium receptiones sustulerit: sub certa tamen limitatione, si non subdole, sed vere jus civitatis alterius impetrant & acquirant, ibique larem suum habeant, ac onera debita subeant; sicut sub fin. Cap. præced. ipsis verbis A. B. adjectis demonstravi.

§. III. Hæc de Phalburgeris dixisse sufficiant, aliquid adhuc de incolis subnectere animus est. Nimirum quia incolae in aliquam regionem sine intentione discedendi, domicilium suum atque fortunarum sedem transferunt l. 7. C. de incol. & secundum verba l. 27. §. I. ff. ad Municip. saltem emunt, vendunt, contrahunt, foro, balneo & spectaculis utuntur, festosque dies celebrant; partiale tantum ipsis adscribitur jus civitatis, & reliquis civibus tanquam veris atque plenis opponuntur. d. l. 7. C. de incol. In favorabilibus tamen, idem jus, quod competit civi vero, incolis etiam aliquo modo concessum reperitur in l. un. C. ubi pet. tut. l. II. C. de Appellar. & quidem recte, cum hi statutis alias civitatis in qua degunt obligentur l. 29. ff. ad municip. Hinc & inter cives atque incolas nulla est differentia, si

no-

nomen incole generaliter sumitur, quod scil. subjectionem, jura, privilegia ac munera reip. l. 20. ff. ad Munic. l. 5. 6. 7. C. de incol. Gail. lib. 2. Obs. 35. Mevius ad Jus Lubec. l. art. 6. n. 19. seqq. Zahn. Ichnogr. Jur. munic. c. 85. Et sic in Germania quoque inter civem & incolam non servari differentiam regulariter, sed cum demum, quando civibus certa Jura specialiter reservata sunt, contendit Mev. P. 2. dec. 160. n. 6. & Gail. l. c. ubi hic sub incole vocabulo, uti dictum, civem assumptum comprehendit, eumque civi originario opponit, sicut ipsa demonstrat lectio. Civis insuper atque incole unam constituunt universitatem. l. mortuo. 22. ff. de Fidejuss. proinde, utriusque cum idem sit jus, diverso jure censendi non sunt, arg. l. 23. ff. de Usurpat. & Usucap. Alexandr. conf. 142. Vol. 3.

§. IV. Verum quando specialiter de incolis sermo est, intelliguntur ejusmodi saltem in habitatores, quos paulo ante descripsi; qui nimirum civitatem aliquam, domicilii ibi contrahendi animo inhabitant, dicti quasi valde colentes & honorantes civitatem in quam se receperunt. l. 239. d. V. S. l. 8. ubi DD. C. de incol. inter quos & civitatem ultro citroque obligatio celebrata censetur, quo incola ad munera, civitas vero ad ejus defensionem & protectionem obligatur. l. 1. l. 29. ff. ad Munic. differunt ergo hoc casu incole à civibus, uti inhabitatio vel domicilium à Jure civitatis, vel ut subditi à civibus, Müllerus Praet. rer. forens. resolut. 17. n. 4. Hinc licet incole protectione quoque atque defensione sicut cives fruantur. Zahn. Ichnogr. Jur. mun. c. 9. n. 17. interim tamen regulariter ad honores municipales, jura pascuorum publicorum, commerciorum, similiaque peculiariter civibus qua talibus competentia, pari gradu non admittuntur. l. un. C. de priv. carc. l. 2. C. de Cur. Urb. Rom. Gail. 2. obs. 36. n. 8. Zahn. d. l. n. 12. & Köppen dec. 12. n. 2. Imo nonnullibi ædes sibi comparare & commercia publica exercere prohibentur. Resol. Grav. de anno 1653. & 1657. Grav. 17. equos etiam & pecora alere ipsis cum temperamento saltem conceditur in Saxonia El. d. R. Gr. 92. 97. Ex adverso jure imprimis civili præ civibus hoc gaudient privilegio, quod Jus incolatus atque domicilium suum li-

be-

berius mutare, duarumque esse civitatum municipes queant.  
*l. ult. ff. l. 3. 4. 6. l. ii. S. f. l. 17. ff. ad municip. l. ii. ff. de Senator.*  
*Arniſaeus de republ. c. 5. Sed. 7. n. 9.*

§. V. Denique cum incolis confundendi non sunt, qui licet in civitate commoren tur, alterius tamen Magistratus subfunt jurisdictioni; veluti qui in urbibus provincialibus immediate praefecture parent, aut in Academiis Academicis, Studioſi Professores & alia Universitatis membra, Officiales, Quæſtores, Clerici & alii, qui ex necessitate domicilium etiam per plures annos sine animo tamen constituendi domicilium habuerunt.  
*Carpz. P. 3. C. 12. def. 16. n. 2.* Cothm. *Conf. acad. 21. n. 96. 97.*  
*Brunnem. in l. 3. in f. & in l. 4. pr. C. de incol.* Idem fere juris obtinet in inquilinis qui civitate animi tantum vel negotiorum causa, sive hæc sint liberalia, sive militaria, sive civilia quævis, habitationem sibi pararunt; ut sunt præter antea nominatos, milites, mercatores aliisque, qui præter jus commorandi nihil amplius obtinent. Knipſch. de *Jure Civitat.* *Imp. lib. 2. c. 29. n. 82.* Huc referri adhuc possunt transeuntes peregrini, adventæ & hospites, die *Passagiers.* Exules etiam & illi, qui vel causa pestis vel belli hostiūque metu ad evitanda damna quandoque simul cum familia tota & suppelleſtile in urbem aliquam configuiunt, ibique per tempus degunt. Qui omnes, accuratiſ eorum ſi ponderetur conditio, neque pro civibus, neque pro incolis proprie talibus habendi veniunt, quia prius domicilium amifisse & aliud in loco, quo nunc commorantur, conſtituſe non præſumuntur, niſi illo deserto, in nova urbe per aliquot annos animo figendi ibi domicilium, permanerint. Mevius. in *Jus Lubec.* *lib. 2. tit. 2. art. 10. n. 5. & part. 2. decif. 160. n. 3.* Hahn, ad *Weſenbec.* *ff. ad Municip. n. 4. in fin.*

§. VI. Ergo hi omnes, quos in præcedentibus recensere volui, pleno jure civitatis carent, quod veris competere solet civibus, sed vice illius analogum aliquid juris illius possident; ideo ſi ab una ad alterum migrare velint civitatem, non indigent, ut antequam id fiat, juris ſui renunciationem apud Magistratum profiteantur. Sed verum hoc eſſe, exinde quoque

videre licet, quia ab his neque publiconi vettigalis nomine, neque Quæstores, loco contributionis vel collectæ, pro rebus convalesatis aliquid exigere possunt. arg. l. 15. ff. de publican. Gail. lib. 2. Obs. 52. n. 13. sq. Klock. de Vettigal. 3. concl. 6. lit. d. & de contr. c. 13. n. 1. seqq. Hahn ad Wesenb. d. l. nisi vel necessitas, vel futurum onus, aut communis causa contributionis aliud suadeat l. 2. C. de mun. pair. Gail. 2. Obs. 57. n. 15. Hahn. d. l. n. 4. in fin. Mev. in Jus Lubec. d. art. 2. n. 25. seqq.

§. VII. Nunc ordo exigit, ut tandem ad ipsos cives deveneriamus, qui proprie sic dicl. & plene tales utramque hic faciunt paginam. Vocantur autem cives barbaro sermone etiam Burgenses, & inde Germanice Bürger à Burgis seu locis muro vel alio munimento firmatis, das man sich darinnen sicher anbringen über verbergen könne. Limnæus de Jur. Publ. Tom. 3. l. 7. c. 1. n. 20. Hinc etiam in antiquis scriptis non cives, sed Burgenses nominantur.

§. VIII. De civibus Romanis Philippus Melanchton scribit, gradus suisse eorum, qui conjuncti Imperio Romano erant; primus ordo, inquit, erat civium, secundus municipum, tertius vettigalium, quartus sociorum; teste Dn. Knipsch. de Civit. Imp. lib. 2. c. 29. n. 82. Aet hodie mutata reipublicæ forma, isthac per omnia parum habent utilitatis; monente enim Jcto in d. l. l. municipem & civem unum eundemque dicimus. Imo civis vocabulo vulgo omnis subditus venit Bodino lib. 1. de republ. c. 6. posterius tamen, & recte quidem refutat Conring. dissert. de Cive §. 3. licet enim cives sint subditi, non tamen sequitur, quod ex adverso subditi statim sint cives; ratio haec est, qui nomen subditi designat actualē subjectionem reipublicæ debitam, civis autem nomen denotat membrum civitatis, antequam politia vel imperium accedat. l. 1. ff. ad Municip. l. 7. C. de Incol. Knipsch. d. Civ. Imp. l. 2. c. 29. n. 6. & 80. Mev. in Jus Lubec. l. 1. tit. 2. n. 68. & tit. 2. art. 2. n. 14. & p. 2. tit. 2. art. 10. n. 7. quod tunc maxime procedit, si sumpto generaliter vocabulo incolæ, civis simul intelligatur. Qua ratione, & eodem significatu, non solum incolæ cives sunt, sed & advenæ seu peregrini, ut & suburbiorum incolæ. Alciat in l. urb. d. V. S. & eadem de cauſa incolæ venit nomine municipis l. 22. §. 2. ff. de Munie, licet spe-

§. IX. Hic simul quæstio occurrit, *an etiam homines suburbani privilegiis gaudéant civitatis; vel, an suburbani civium quoque appellatione veniant?* Hoc omnes fere uno ore affir-  
mant, ex hac potissimum ratione, quia suburbani in favorabili-  
bus appellatione civium veniunt. *l. adficia 139. ff. d. V. S. id quod;*  
*Cæpolla, Alciaius aliquæ quam plurimi tum ibi, tum ad l. Alphe-*  
*nus. 87. ff. diſt. tit. latius atque fusius explicant, teste Befold,*  
*Theſſ. Pract. verb. Bürger. Conferatur hic in specie Hart. Hart-*  
*manni lib. 2. Obſero, Mifcell. cap. I. obſ. 24. per totam & Carpz.*  
*decif. illuſtr. 2. n. 1. qui sub urbis nomine in statutis vel transactio-*  
*nibus comprehendit quoque dicit suburbia, licet die Vorſtädter/ und Kleinstädter vocentur; quod ex solummodo evenit, quoni-*  
*am non in urbe muris cincta, sed ante vel circa eam sita sint l. 2. §.*  
*1. ff. d. V. S. Sic Romæ id fieri dicebatur, non tantum quod intra*  
*muros, sed & quod extra & intra continentia geri solebat l. 2. 87.*  
*139. l. 154. & 199. ff. de V. S. & Dn. D. Joh. Philippi in Uſu Pract.*  
*Inſt. lib. 1. tit. 3. §. 1. n. 6. demonstravit, Parochi nos longe etiam*  
*ab urbe habitantes civitatenses esse, n. 8. dicit, quod suburbani ad*  
*Consulatum & Senatorium ordinem evanthuntur. n. 9. quod in*  
*suburbiis factum in urbe factum esse dicatur. n. 14. nec incolas*  
*suburbiorum ideo rusticos esse. Sic Menochius. d. preſumpt.*  
*126. n. 7. jurisdictionem civitati concessam, extendit etiam ad*  
*suburbia dicit, & interdicta civitate suburbia quoque interdicta*  
*censi & adficia continentia. per text in cap. si civitas &c. de*  
*ſentient, excommun. in 6to.*

§. X. Verum suburbia proprie urbis appellatione non ve-  
nire, sed generaliori, afferit Dn. Philipp. *all. loc. n. 4. & 5.* Imo statuta & consuetudines locorum hic attendi debere mo-  
neō; Sic suburbanos cives esse pari gradu quam illos, qui ha-  
bitant in civitate, vel intra urbis porteria, nemo Lipsiensium  
negabit; Sed idem Jus in patria non obtinet: *Quis enim alter-*  
*cationes atque dissidia opificum in urbe degentium, & numero*  
*collegiorum rite adscriptorum, cum iis, quos secure & libe-*  
*re, sineque oneribus gravioribus vivere, atque artes quas*  
*di-*

didicerunt exercere, Magistratus ut plurimum ecclesiasticus permittit; nisi campum & insulam civium, vulgo das Bürger. Verder eximere vellem, ita nuncupatum, quia cives quandoque ibidem habitare contigerit; an vero hodiendum adhuc idem ibi obtineat jus, absens per aliquod annos firmiter lectorem informare nequeo. Dresdæ quoque die Vorstädter und Phal Bürger / so außer der Stadt wohnen / quamvis ejusdem juris cum civibus sint participes urbanis, præcipuis tamen civium horum commodis excluduntur. S. Policey. T. Hoffart in Rleydung/rub. Vorstädter et. conf. Resol. Gravam. de anno 1653. & 57. Tit. von Justitz Sachen n. 97. conf. ex professo de hac materia agens Dn. Cancellar. Ahasver. Fritsch. Tr. de Suburbiorum jure cap. 4. & 6.

§. XI. Sed revertamur nunc iterum unde digressi sumus, ad definitionem scil. specialissimam civis, quam difficilem esse, Besold. Polit. lib. i. c. ii. n. 1. ideo reputat, cum civem faciat cuiusque civitatis & reipublicæ jus atque consuetudo; hinc pergit, omnino mirandum non est; cur varie multi de civium ratione senserint, ad sue scil. reipublicæ mores & consuetudinem sese accommodantes. Idem testimonium perhibet Fellvinger in dissert. de Cive & Civit. ubi th. 14. & seqq. civem varie à Politicis definiri afferit, tandem Aristotelis examinat atque defendit, suamque addit definitionem. Conf. Knipsch. de Jur. Civit. Imp. l. 2. c. 29. n. 5. seqq. & Glase. in Compend. Polit. lib. ii. c. 9. §. 2. in not.

§. XII. Ne tamen omissa & neglecta definitione ulterius progrediar, arridebat primum Besoldi illa dic. loc. quam omni formæ rerum publ. quadrare dicit: qua civem, summe alterius protestati obligatum, juris civitatis seu communionis rerum civilium participem determinat. Verum cum eandem examinata atque rejectam à Conringio in diff. de Cive. invenisset, illa potius placebat definitio, quam Knichen in Opero suo Polit. lib. i. cap. 6. th. II. communicat, ibique civem tanquam partem civitatis, putat definiri posse, civitatis incolam, vel membrum communium honorum, jurium & pri-

vilegiorum capax, ac ad onera sustinenda, nec non operam fidemque in omnibus licitis praestandam juramento adstrictum, conf. Boecler. in Inst. Polit. lib. 1. cap. 6. ad quem L. B. remitto.

§. XIII. Nunc ipsa civium sequitur divisio, in originarios & voluntarios seu adscitios. Illi nativitate ipsa à patre jus consequuntur civitatis. l. 6. §. 1. ff. ad municip. l. 17. §. 13. ff. ad municip. Carpz. lib. 1. Dec. 1. n. 18. licet per accidens alio in loco nascantur liberi. d. 1. 3. Id. dict. Dec. ubi prejud. n. 28. Quam questionem, utrum scil. natus in transitu per aliquam civitatem, dicatur civis naturalis illius civitatis, examinat Cævallos quæst. 152. Transit ergo hoc jus originis à parentibus ad liberos. Philipp. Decius. Conf. 661. n. 8. & quasi hereditarium esse videtur, non quidem absolute, sed aliquo duntaxat modo; nisi inveterata quadam consuetudine aut statuto aliud sit introducendum, uti Wormalizæ, aliisque in locis pluribus, perhibente Gylmann. Tom. V. Symphor. relat. 10. fol. 47. & 50. n. 6. ubi hoc jus personale esse & cum persona extingui afferit. conf. Lindeinspühr in Comment. ad Ord. Prov. Würtemberg. fol. 4. Idem quod à patre accipit privilegium puer, non itidens a matre nanciscitur, nam matris originem partus non sequitur l. 36. C. de decurion. nisi 1. vel sit spurius. l. 9. ff. ad municip. seu legitimum patrem non habeat. l. 1. §. 2. l. 9. ff. ad municip. l. 19. l. 24. ff. d. Stat. homin. Brunnenm. ad l. 5. ff. ad Municip. & ita maneat; Nam legitimatus per subsequens matrimonium, Arumæus de Jure Publ. Vol. 2. disp. 9. n. 50. aut per rescriptum Principis Joh. de Platea ad l. filios C. d. municip. patris accipit originem. Vel 2. id privilegium civitatis si concessum, ut liberi ex legitimis nuptiis nati, matrem, non patrem sequantur l. 1. §. 2. ff. ad municip. l. 22. l. 61. C. d. decurion. Vel 3. si filius in captivitate natus cum matre postliminio reversus fuerit. l. 1. C. de postlim. reversi. Jure enim civili, licet ex legitimo natus quis estet matrimonio, spurius tamen habebatur. l. 25. ff. d. t. l. 1. §. 3. ff. ad Sctum Tertull. De patre adhuc quæstio occurrit, an natus ante coptionem patris in civium numerum, pro civi originario haberet debet, arg. l. 11. C. de dignit. Ventilant

## RESIGNATIONEM.

51

tilant hanc questionem. Besold. *Polit lib. I. c. 16. n. 8.* Warmser. in *Fasc. Jur. publ. Exerc. 2. th. 15.* Carpz. *P. 2. C. 16. def. 32.* & Lyserus de *Jure Civilitat.* §. 10. qui ultimus all. loco pro affirmativa, & hæc ita se habere concludit per. l. 2. §. 2. ff. de *decur.* §. 14. ff. de *panis.* nisi speciali alicujus civitatis statuto aliud sit introductum, ut Hamburgi, ubi distinguitur, an liberij jam jam compleverint annum duodecimum, cum pater in civium recipere cur confortium, nec ne: Priori casu pro extraneis habentur, posteriori vero fruuntur origine parentum. *Hamburgisch Stadts Recht. part. I. tit. 2. art. 3.*

§. XIV. Jam quinam voluntarii seu assumpti sint, videamus; communiter autem definiuntur, qui se in civitatem recipi curarunt, & facti sunt per electionem, que alias dicitur in numerum civium receptio a. l. 7. C. d. *Incol.* Hujusmodi autem licet assumpti exteri dicuntur recepti, voluntarii, cooptati & novi; in omnibus tamen similes esse originarii, iisdemque privilegiis uti, & oneribus civitatis subjici ut ipsos originarios, Gail. l. 2. *Obf. 35. n. 1.* Mäger. d. *advoc. arm. c. 10. n. 14.* Mevius in *Jure Lubec. tit. I. tit. 2. n. 41.* & praxis optime testantur. Quomodo vero in numerum civium recipiantur, accedente scil. plerumque inquisitione in persona qualitatem, certæ pecunia des Bürger, Geldes præstatione, jure jurando civium des Bürger. Eydes & relatione in matriculam civium; de his omnibus L. B. evolvat fuse sat, antea multis in locis nominatos autores, qui de civibus eorumque jure & civitatis scripserunt: quibus adhuc jungi poterit Mevius *ad Jus Lubec. l. 1. tit. 2. ad rubr. n. 40.*

§. XV. Idem modus recipiendi obtinet in iis, qui juxta nonnullorum Germaniæ civitatem statuta ac consuetudines ultra certum tempus tanquam advenæ non tolerantur, nisi jura civium redimant e. g. intra annum, teste Gail. *lib 2. obf. 35. n. 8.* Wefenh. *Conf. n. 15.* Zahn. d. *Tr. c. 14. n. 2.* vel secundum Jus Lubecense intra spatum 3. mensium. Mevius p. 4. dec. 81. adeo ut sub poena, captis pignoribus, aut inhibitione negotiationis der Bürgerlichen Nahrung compelli ad id possint, uti comprobat responsum Facult. Jurid. Lipsiens. mens. Novembr. 1667. ad

G 3

con-

CAP. III. DE RESIGNANTIBUS  
§2 consultationem Senatus Dubani, & Scabinorum Lipsiens. ad  
consult Wurzens Menſ. Augusti 1640.

§. XVI. *Aſſumpti* autem iterum dividuntur *in veros, &*  
*honoris tantum cauſe recepiſos.* De illis in præcedentibus dixi;  
de his, Honorarii nempe, in ſequentibus quoque dicturus sum:  
ubi ſtatiſ ab initio cives honorarioſ tam longe à natura veri ci-  
viv abeſſe deprehendo, quam is quondam fuit, qui odore car-  
nium paſcebat, a carnibus iſpis. Conring, *diss. de Cive* §. 5.  
med. Morem autem hunc recipiendi aliquem in civem hono-  
riſ cauſa, eſſe dicunt, quando extraeue Princeps, vel alia per-  
ſona, ex ſola benivolii affectu teſtificatione, adeoque ſoliſ ho-  
noris cauſa à Magistratu inclutarum rerū publicarum, citra  
ullum illius factum & nexum in civem cooptatur. Knichen, *Ope-*  
*re Polit.* lib. 1. c. 6. th. 13. lit. D. in f. vel civis honorarioſ Bodin-  
o lib. 1. c. 6. de republ. is dicitur, qui jū ſuffragiorum & civita-  
tis pro ſuis erga rempublicam meritis adeptus eſt. Verum u-  
troque cauſu, ſive ex merito, ſive ex mera civitatis gratia quis civis  
evadat honorarioſ, revera tamen civis dici non potest, quia  
ſub Imperium aliena potefatis ſeſe ſubjici paſſus non eſt. Bodin-  
ius. d. l. quippe alterius imperio nemo adſtrigitur, niſi qui  
originis ſuę ac civitatis domicilium deſerit, ut in alterius veniat  
potestatem. Interim tamen quia haec civitatis donatio, & in civi-  
um numeruſ honorificā receptio, & antiquiſſima & notiſſima  
ſemper fuit, exempla quedam ejusmodi civium ut hic addu-  
cam intermittere non vellem, niſi videam Bodinum de republ.  
lib. 1. c. 6. Jacob. Martin, in Polit. l. 1. c. 8. & Arnisaeum in relect.  
Polit. l. 1. c. 5. ſcīl. 9. n. 56. imprimis autem Speidelium in No-  
tab. voce Bürger. & Dn. Knipſch. d. Civit. Imp. lib. 2. c. 29. n. 84.  
ante me illud feciſſe, ad quos brevitatis ſtudio L. B. remitto.

§. XVII. His quidam adjungunt illos, quibus jū civitatis  
*ex pacto vel federe* datum eſt; quale mutuum ſeedus obtinet  
inter Gentuenſes & Bernates, ita, ut qui ex federatis ſociis deſer-  
ta ſua civitate, ſociorum civitatem adire velit, ipſo momen-  
to civis & ſubditus ſiat ſociae civitatis, ſine cooptione & reſcri-  
pto ſinguliari. Bodinus l. c. n. 69. Tale quoque ſeedus iduū fuit  
in-

inter Thorunenses, Dantiscanos & Elbingenses, teste Keckerman, in System. Polit. lib. i. c. 15. & Bodinus loco adhuc cit. memorat inter Bernates & Friburgenses tale intercessisse pactum, conf. Simler, de repub. Helvet.

§. XVIII. Porro dividuntur cives in Patricios & Plebejos seu vulgares, quam divisionem apud Romanos, præter illam, qua Populus Romanus, in Populum in genere, & plebem in specie ita dictum dividebatur, in usu quoque olim fuisse, patet ex Halic. lib. 2. c. 8. & l. 6. c. 34. c. 42. aliisque in locis. Hodie quoque illud in civitatibus imprimis Imperialibus ac antiquis Saxonicis obtinere, in viridi adhuc est observantia; de quibus legi meretur Knipsch. de Jur. Civit. l. 2. c. 29. n. 54. segg. Qui quoad gradum dignitatis & præminentiam juxta Ref. Polit. ab. 130. tit. II. in re vestiaria discernuntur. e. g. gemeine Bürger/ Kauffleuthe und Geschlechter/ ex quibus digniores proximum habere solent ad honores aditum. Mev. in Jus Lubec. l. I. tit. 2. ad rubr. n. 73.

§. XIX. Denique & potissimum in genere, sicut ipsum jus civitatis in plenum & minus plenum seu partiale dividitur, das grosse und das kleine Bürgerrecht teste Arumne. de Jur. publ. Vol. 2. Disc. 9. n. 79. Knipsch. l. c. n. 34. & 31. & Befold. in Synops. Polit. lib. I. part. 2. c. 15. n. 8. & 9. ita & Cives dividi solent in plenos & minus plenos, die das grosse / oder das kleine Bürgerrecht haben. Divisionem hanc civium antiquissimam esse, videre licet ex S. Bibliis Exodi. c. 12. v. 48. ubi proselytas apud Hebreos tales extitisse cives partiarios liquet; qui enim ex semine Jacobi legitime nati erant atque circumcisii, omnibus civitatis juribus gaudebant, adeoque etiam jus ingrediendi tempium sacrificiorum causa, & jus publicorum honorum in republica Judaica gerendorum habebant; uti colligitur ex Deuteronom. c. 23. & Iosuæ c. 5. Atheniensibus ii cives veniebant pleni, qui publicorum Judiciorum, Consiliorum & Magistratum in civitate gerendorum, cum reliquis potestatem parem & aqualem habebant. Knipsch. l. c. n. 34. Pari modo Romani tales considerabant homines liberos, qui in civit. Romana domicilium, censum, tribum atque publicorum honorum adipiscendorum & gerendorum potestatem ha-

54 CAP. III. DE PERSONIS  
habebant. Reinh. Koenig. in *Theatr. Polit.* p. I. c. 1. n. 169. seqq. Econtr*s*, sicut & reliquis populis, *civis minus plenus seu partialis* erat, qui vel in civitate habitans das *kleine Bürger-Recht*, vel alibi domicilium habens cum civitate confoederatus erat, sed non omnibus privilegiis & juribus reipublicæ uti poterat. Quam ipsam distinctionem hodie adhuc in multis observari civitatibus, diversis licet moribus, omnium instar exempli loco hic adduxisse sufficiat urbem patriam dilectissimam, in qua teste observantia & consuetudine, legum optima interprete, l. 37. ff. de *Legib.* Cives honoratores und die das *große Bürger-Recht* erlangt habent/ absolute Bürger appelluntur; reliqui vero cives, utputa opifices & depresso*r* fortunæ homines, qui que tantum das *kleine Bürger-Recht* überkommen/ nomine der Mittl-Bürger audiunt.

§. XX. De cetero, quia *civis muneribus atque honoribus cognoscitur*, uti dictum: proprie*ideo dici civis nequit*, qui non participat de muneribus illis, oneribus atque honoribus, quia non tractatur ut *civis in eo quod est primum & maximum civilitatis*, uti loquitur Baldus in *l. si non speciali C. d. Test.* Hinc etiam præter *incolas, forenses, cives honorarios, & illos qui ex foedere ius civitatis nacl*i* sunt;* & quos juxta ordinem retuli*s*, simul quoque in numerum partiariorum civium referri*a* Politicis solent cives *Privilegiorum*, Mev. P. 5. Dec. 268. n. 1. quibus libera habitatio & exercitatio artis suæ, ante hac in urbe forte non dum frequentata*æ*, est concessa; & qui quoad beneficia similis cum civibus jure gaudent. Losseus *d. iure univers.* q. 2. c. 3. Nic. Boërius *decif. Burdegal.* 13. n. 12. & statutis, qui c*vium faciunt mentionem*, inque commodum atque utilitatem eorum sunt concessæ, comprehenduntur. Mevius *d. decif.* 268. n. 5. neque postea ad assumendum ius civium cogi ullo modo queunt. Id. p. 4. dec. 85. n. 5. Quoad onera vero & incommoda, civium statum atque conditionem non subeunt. Hyppol. de Marsi. *singular Opin.* 519. n. 2. Mevius *d. decif.* 268. n. 4. Et P. 3. dec. 156. Decius *Conf.* 283. n. 9. Et 457. n. 15.

§. XXI. Sed quem in locum *cives Reginburgios* collocabo die

die Rägen-Bürger / quasi rathsamme Bürger / vocatos, Speidel in not. voc. well sie / inquit, deß Rath und Gerichts auch einige aus der Bürgerschafft waren. Et quorum conditionem antiquis temporibus, ex traditis Lehmanni in der Speyer Chronic lib. 2. c. 22. colligi posse putat, ubi f. 103. hæc leguntur verba: Neben den Graffen (regnantibus scil. Francorum regibus) und seinen Stadthaltern haben Regiment und Gericht in Städten beſehen / Personen / biszweilen nach Beschaffenheit der Orth und Landschaft mehr / doch aus der Bürgerschafft / die hat man Schöppfen / Scabinos, Richter oder Rägen-Bürger genant welche sambt dem Graven und seinen Stadt-haltern merum & mixtum Imperium gehabt v. conf. Knipsch. d. Civit. Imp. l. 2. e. 29. n. 73.

§. XXII. Quid dicam de Friburgeris denen Frey-Bürgern / oder Freygebohnyn / quos definire atque describere, cit. Lehmann lib. 2. c. 19. cum optime voluerit, ipsa hic iterum inserere verba placaret, nisi spatium nimis implerent; legat illa qui vult vel apud ipsum Lehmann. loc. cit. vel etiam apud Speidel. in verb. Frey-Bürger. Qui brevibus duplicitis eos fuisse generis olim dicit; alios ab origine & nativitate liberos, nulli unquam servitutis subjectos, nobilibus similes: Alios ex servitiis domini libere dimissos in civitatibus Imperii numero civium postmodum adscriptos fuisse.

§. XXIII. Restat ut de Scholaribus aliquid adhuc differam, de quibus sicut & Professoribus quæſtio est, an ratione domicilii & habitationis cives ejusdem civitatis in qua degunt sint vocandi, iisque annumerandi? Male, inquit Math. Coler. in Proc. Execut. p. 1. c. 3. n. 220. quidam scribunt, Professores & alios Academicos esse incolas, cum hoc fieri magna tantummodo verbi illius abusione, in aperto sit. Incole enim ordinariū loci agnoscunt Magistratum; sed Academicī non æque, cum proprio & ordinario gaudeant Judice. per Auth. Habita C. ne fil. pro Patr. & Interp. L. pupillus S. Incol. f. d. V. S. ubi Alciat, Cujac. & Fornerius eandem sicut & Cothm. Resp. Acad. 1. n. 106. fovent sententiam. Multo minus proprie eos esse cives quis afferere poterit, utpote

nulla ratione Magistratui oppidano subiectos; sed quasi metacos, h. e. ad loca in quibus Academiæ fundatae sunt missos, ut ibi corpus peculiare faciant, secundum leges & consuetudines proprias vivant & discant, responder Cothmann, d.l. n. 104. & seqq.

§. XXIV. Et haec sunt, quæ de civibus veris & falsis, tanquam personis resignare volentibus differere volui. Ignoscat vero Lect. Ben. capitilis hujus materiarumque prolixitati, nam si libere fateri fas est, feci haec ea faltem, intentione, ut ex latiori personarum juriumque deductione atque descriptione, quilibet faciliter negotio judicare valeat, cuinam horum competit jux illud juri civitatis renunciandi, & cui non, vel tanquam minus necessarium, vel quia nunquam tale habuit.

## CAPUT IV.

## De Forma Resignandi Jus Civitatis.

**C**onnexio hujus cum secundo capite notatur. §. 1. **Q**uando non presumatur, fidam esse tacitam resignationem. §. 9.  
**D**ividitur renunciatio in generalem & specialem. §. 2. **R**enuntiatio maxime verosimilis non presumitur sed ab animo facientis dependet. §. 10.  
**M**elius in expressam & tacitam. §. 3. **Q**uinam statutis vel consuetudine tacite resignasse & quomodo presumantur. §. 11.  
**Q**uomodo fiat expressa differitur. §. 4. **U**bi hic mos tacite resignandi vigeat, dicitur. §. 12.  
**H**ec plurimis fere in locis recepta est. §. 5. **E**t quibus modis id permissum sit. §. 13.  
**P**roposita ib. **D**antur enim civitates, ubi prohibita in totum est resignationem. §. 14.  
**T**ransitio ad tacitam resignationem occurrit. §. 6. **C**ensit & glebae adscripti, an ressignare queant? §. 15.  
**R**enuntiatio in expressam & tacitam. §. 7. **A**n  
**R**enuntiatio in expressam & tacitam. §. 8.

## JUS CIVITATIS.

57

- An Wilfangi, homines novi & retinere queat, queritur.  
proprii? §. 16.
- Non in universum ubique liber. Malitiose non fieri debet hac  
rima credenda est juris Civit. resignatio. §. 20.
- resignatio. §. 17.
- Neque firma est sententia ita: Nec sine Magistratus consensu  
rum, qui liberatum valere negant, quo resignatio alias li- regulariter. ib. & §. 21.
- bera prohibetur. §. 18. & 19. Multo minus gregatum. §. 22.
- An civem originarium civitas Aut intempestive sineque gabel-  
lae solutione. §. ult.

## §. I.

**O**rdo nunc exigit, ut consideratis personis, quibus resigna-  
re liberum est, nunc in specie ponderemus, quomodo, &  
qua ratione illa fieri queat & debeat.

§. II. Forma autem consistit in declaratione voluntatis juri-  
civico repudium mittendi, cum enim juris nostri conditores  
animi mutationem non praesumant, nisi illa probetur l. 22. ff. de  
probar, ita quoque de cive, ut ut ex civitate decesserit, non mox  
praesumendum, quod juri pristino renunciaverit, nisi perspic-  
ua animi declaratio acceperit. Animus autem ille vel gene-  
ratim declaratur si quis omnibus juribus pristinis sine ulla spe-  
ciali expressione renunciat: vel speciam, si renunciat juri  
civico: hanc subsistere, ex libera illa facultate jure suo utendi,  
vel non, quae civibus asserta superius, nemo negabit; Illam ve-  
ro sufficere non credo, cum res magni præjudicij sit, omni juri  
civico repudium dare; jam vero de rebus magni momenti ver-  
ba generalia non sufficere, sed specialia exigi, in similibus mate-  
riis Dd. testantur. Math. Cun. lib. 1. de pat. cap. 24. n. 86. Mascard.  
de probat. Vol. 3. concl. 1264. n. 2. & 12. & Galerat. de renunciat.  
lib. 4. cap. 2. n. 9.

§. III. Porro sicuti renunciatio alia expressa est, alia tacita,  
quorum illa ex verbis, haec ex facto estimari solet, vid. Dalner.  
de renunc. jur. cap. 6. Galeratus de renunc. lib. §. c. 1. n. 29. Enen-  
ckel. de Privil. lib. 3. cap. 15. n. 1. Ita quoque resignatio juris ci-  
vici utroque modo fieri potest.

H. 2

§. IV.

§ IV. Certum tamen omnino est, expressam resignationem juris etiam civici, variis in locis atque civitatibus praetacita & presumpta observari & praeципi. Sic enim juxta d. r. Straßburger Schwart Brief / forma & modus ejusmodi resignacionis circa finem his verbis describitur: wäre auch daß einer Unserer Bürger sein Bürger Recht absazen wolte / der sol gehen für Meister und Rath / die da zu Zeiten sind / und soll Ihnen das verkünden / und sein Bürger Recht von ihnen abfordern und abgeben / mündlich / als von Alters her kommen ist / und nicht mit Briefen / und sol ihn auch Meister und Rath seines Bürgers Eyds erlassen, conf. Schmidt, diss. d. Censu emigr. in proem. p. 6. Idem Eslinge quoque observari testis est Knipschild, de Jur. Civ. Imperii lib. 2. c. 27. n. 161. sub fin. ibi, data manu, daß er mit Hand gegebener Kreu vor gesessenem Rath das Bürger Recht aufzugebe und verspreche / daran ins künftige einige fernere Ansprüche nicht zu haben ic. ic. Consentit die Instruction einer Fürstl. Regierung / quam exhibit Ringk, in suis Progymnasm. Juris pract. Progym. 14. p. 215. seqq. ubi inter reliqua haec verba leguntur: welchem zu folge / von dato ergehenden publication an bey Land und Städten abdort / wenn die Landsassen Ihre Erb huldigung / womit sie Uns zur Unterthänigkeit verpflichtet seyn / und die Bürger ihr erworbene Bürger Recht / wie beyde / jene vor Unserer Regierung / diese vor denen Stadt Magistraten hin künftig zuthun schuldig / gebührend auf kündigen, ic. ic.

§. V. Et sic multis adhuc, imo fere omnibus in civitatibus hanc expressam esse receptam juris civic. renunciationem, testimoniis corroborare frustaneum foret. Indigitavit id ipsum Sauer im Formular Buch lib. 3. cap. 31. item der Spathe im Deutschen Advocat. lib. 3. c. 2. p. m. 876. quorum prior formulam resignationis die Auffgab und Abschied des Bürger Rechts / ultimus die Bitte umb Erlösung des Bürger Rechts und freyen Abzugs in suis exhibent formalibus; ex quibus unam vel alteram hic inserere animus est, nisi amor Patriæ aliud suaderet,

ap-

apponer potius illam dictitans, Illustri Vratislavensium Senatui  
ante annos non adeo multos a civi emigrante atque jus suum ci-  
vicum resignante, oblatam, mihi vero a Patrono benignissime  
communicatam, his conscriptam verbis: P. P. Einem Hoch-  
Edlen und Gestrengen Rath/ meinen Hochgebietenden Herren/ ha-  
be hiemit gehorsambst vor zustellen/ was massen ich in in Domi-  
ciliu[m] von hier nach Lissa in Bohmen/ unter Thro Hoch-Gräfl.  
Excellentz den Hn. General Leschinsky vor geraumer Zeit  
transferiret/ und daselbst mich nebst meiner Ehefrau wohnhaft  
niederg. lassen/ auch das Bürger-Recht aldar gewonnen. Wenn  
denn nun aber mir/ besonders da ich ohne dem wegen meiner Ehe-  
liebsten/ in einen schweren Processe stetke/ gar sehr schwer fallen  
würde/ in beyden Orthen die Oners Civilis zu ertragen/ ich auch  
aus Ursache dessen von geraumer Zeit her zu Breslau in der Hand-  
lung sehr wenig ge han. Also habe mich entblossen das Bresl.  
Wü ger-Recht hiemit aufzugeben/ wie ich denn anbey einem Hoch-  
Edl. u. d. Gestrengen Rath zugleich vor den mir die Zeit über meines  
gehabten Bürger-Rechts Hochgeneigt geleisteten Obrigkeitlichen  
Schutz gehorsambst Dank abstatte/ und solche meine Auffkündi-  
gung des Bürger-Rechts nicht unzeneigt auff zunehmen/ sondern  
solches Hochgo. stig notiren zu lassen/ gehorsambst gebethen haben  
und anbey verharren wil.

Eines Hoch-Edlen und Gestrengen Raths

Gehorsamme

An

J. H. K.

Einen Hochwohl-Edlen/ Gestrengen und Höchbenambten Rath/  
der Kaiser- und Königl. Stadt Breslau zc.

Meine Hochgebietende Herren.

Illa adhuc addi debuisse formula ad verba: notiren zu los-  
sen: auch mir einen freyen Abzug aus hiesiger löbl. Stad zu vergön-  
nen/ noch mit eimigem Abzug. Gelde oder andern Leistungen bes-

H 3

schwe-

schweren zulassen ut, nisi ob pactum conventum inter Regnum Poloniae & Rempubl. Vratislavensem antiquis jam ictum temporibus, subditis atque civibus, ex una in alium civitatem migrantibus, liber ab utraque parte discessus pateret, prout in sequenti cap. 5. hujus rei mentio erit injicienda.

S. VI. Cum vero voluntas pluribus declaretur modis, aut enim verbis expressis sit, aut ex facto aliquo colligitur, sive tacite & presumptive Galerat. *d. Renuc. lib. 4. c. 1. n. 6.* & quilibet, ut recte renunciare dicatur, non duntaxat promittere debet, se velle renunciare, sed ipso facto huic vel illi juri suo renunciare, vel talem actum facere, quo aut aperce, aut consequenter constet, quod illo jure velit carere: cum juri etiam per contrarium actum posse renunciari notum sit; & jus suum resignare presumatur, qui eidem contrarium facit. Dalner. *de var. Jur. renunc. Cap. 17. n. 10.* Imo renunciatio facto potius quam verbis fit. Oldendorp. *Loc. Jur. Commun. lit. R. verb. renunciare* Prukmann. *Consil. 8. n. 249.* & ubi factio opus est, verba non sufficiunt. *arg. l. 13. §. offerri ff. de Act. Empt. l. peculium ff. de pecul. l. 1. §. tulisse. in f. ff. a. Scrum Silanian.* Denique cum etiam haec nostra juris civici resignatio in voluntate a parte resignantis unice confistar, ubi pro forma exigitur, ut ea voluntas, ut modo dictum, declarata sit expressè per aliqua verba, vel tacite per factum, aliquod; Bald. *in l. potuit. C. de jur. delib.* Itaque declaratio dat esse renunciationi, utpote qua est forma illius, & forma dat esse rei *l. Julianus. 9. §. 3. ff. ad exhibend.* Hinc praemissa expressa & plerumque verbali juris civit. resignatione, ordo jam exigit, ut alteram consideremus hujus renunciat. speciem, tacitam scil. & ut plurimum ex nudo facto resignantis presumptam.

S. VII. Tacitam autem fieri renunc. Enenkel. *d. Privil. lib. 3. cap. 14. n. 3.* tunc dicit, quando actus aliquis geritur, qui illam necessario infert & significat. conf. Dalner. *l. c. cap. 17. n. ult.* eamque vim habere eandem, quam habet expressa, exinde colligitur, quia taciti atque expressi par virtus est. *l. cum quid ff. scert. petat.* Gail. *lib. 1. obs. 116. n. 5.* & *lib. 2. obs. 30. n. 2.* conf. Ander. Tiraquel. *in l. si unquam &c. pr. n. 112. f. C. de revoc. donat.* & Nicol. Everh. *Conf. 12. n. 36.* exemplum adfert in

in immediate contrarii, quorum uno electo, alteri renunciatum censetur, jung. Cravet, *Consil.* 108. n. 6. Factis itaque etiam nudis, contrariis tamen renunc. fieri posse, non solum l. 7. ff. de leg. *Commiss. l. penult. §. si post. caus. ff. de vacat. & excus. muner.* verum etiam Paris. *de resign. benef. lib. 8. qv. 2. n.* testatur, qui potentiores adhuc declarat quæ ex facto deprehenditur illa, quæ ex verbis colligitur. Sed dicis, conjecturæ & signa fallere possunt, ac is, qui reimittere censetur, habere potest animum diversum ab eo quod conjicitur? Resp. non valet consequentia, quoniam idem & de eo dici poterit, qui aperte & expressis verbis remisit; nam verba quoque ipsa sunt signum & indicium, non etiam indubitate certudo nostræ voluntatis, & ideo ipsa quoque fallere possunt Vasquius *illustr. Contr. cap. 52. n. 5.* quanquam ea sunt minus obscura indicia, Galeratus. *l. cit. n. 30. in fin.*

§. VIII. Jam quid per factum indigitem contrarium, dispiendum venit: illud autem hic intellectum volo, quando ci- vis derelicta civitate, & divenditis, suis, quas in civitate habuit, bonis immobilibus, atque notitia Magistratus & præmissi gratiarum actione pro defensione atque protectione, (qualia requi- sita in expressa observari solent,) in aliam ipso facto se confert ci- vitatem animo nunquam revertendi: Ubi, ut rem declarem ex- exemplis, ille statim Hispanorum mos incurrit in oculos, quo- rum Proceres hanc olim fovebant consuetudinem, ut qui non una vel altera civitate, sed toto regno & juribus civium & subdi- torum regni Hispanici renunciare volebat, atque aliorum se deferre, publicis tabulis patriæ renunciaret; credentes, nefas sibi non esse, arma postea Regi patriæque sue inferre, nec eo no- mine Majestatis postulari se reos posse, Mariana. *de reg. Hispan. l. 1. c. II.* verum modum hunc renunciandi tanquam inæquissi- mum, sic spuriū appellat, Pufend. *de Jur. Nat. & Gen. l. 7. c. II. §. 3.* Et sic etiam est, nam resignationem hanc, licet libera sit, justo tamen atque legitimo modo fieri debere, in sequentib[us] locus dicendi erit. Imo quia allatum modo exempli ad expressam po- tius, quam tacitam spectare videtur resignationem, ulteriora  
ver-

verba de eo facere hic supersedeo. Potius illud afferam, quod annotavit Zanger. in *Tract. de Exception.* P. 2. c. 1. n. 76. Statutum scil. in Patria sua Brunopoli extare, vi cuius cavetur, civium liberos amittere jus civit. si alibi domicilium constituerint & ibidem per annum & diem habitaverint. sub tit. 102 von der Bürgerschafft und dem Schöfe. S. es darf keines Bürgers ic. Idem quoque Eslinge statuto caucum reperiri, testis est Knipsch. de *Jur. Civ. Imper.* lib. 2. c. 29. n. ult. & adhuc plurimis in locis; qui tamen præcedentia ad nondum nuptios, famulos & famulas extendendum non esse, & qui dominis suis nondum homagio sunt devincti, aut qui melioris victus & sustentationis causa se alio contulerunt, notat d. l. lib. 2. c. 5. n. 193. fin. cui Carpz. P. 3. c. 38. def. 18. assentitur, suamque sententiam præjudicio ad requisitionem Quæstoris Delitianii Mens. Jan. 1626. emissio, corroborat.

§. IX. Porro (ut maneamus simul in limitationibus) tacita ejusmodi atque præsumpta resignatio locum in iis quoque non obtinet, qui bellorum iniuria, vel alio violento casu alio migrare coguntur, & per tempus ibi sedem figere necesse habent; licet enim domicili mutati validum hoc sit indicium, quando quis immobilia in civitate divendit, vel necessitate urgente discedit. Brunneman. *Consil.* 31. n. 85. vol. I. conf. Gail. *lib.* 2. obf. 33. n. 9. & obf. 36. n. 4. & plenaria rerum administratione alicubi constituta, domicilium tacita voluntatis declaratione constitui dicitur l. 17. §. 1. ff. ad *Municip.* imo potioribus rebus translatis, nec non quotidiana commemoratione l. 2. c. ubi *Senat.* Semper tamen simul attendendum venit, an non de alia mente constet. Brunnem. C. 3. d. 60. Hinc etiam tali casu reduces facti, omnia jura atque privilegia sua recuperant. Bald. *Consil.* 18. n. 5. v. 330 *queritar.* *lib.* 3. Pufendorff. de *J. N.* & *G.* *lib.* 8. cap. II. §. 8. Idem judicium ferendum de studiis liberalibus incumbentibus, seu Professoribus atque studiosis l. 2. C. de *Incol.* aut ratione officii alicubi commorantibus, ut sunt hospites, consiliarii, milites, Syndici, advocates, ecclesiæ ministri &c. Knipisch. l. 2. c. 29. n. 104. seqq. Brunnem. d. l. Sed quid sentiendum est de iis, qui per incolumatum ruri vel oppido, diutius a civitate abfuerunt

runt, censentur ne hi gus sium civit. tacite resignasse, illudque perdidisse per incolatum? Negatur à Socino. *Conf. 35. Vol. 3. Pap. dec. 41. & Geislero in diss. de civit. Municip. Sect. II. §. 30.* modo talis oppidi vel ruris incola ex consuetudine municipiorum, in recognitionem magistratus & conservationem civilitatis, annum quam pensionem, (quibusdam den Grabe-Gülden/ nobis den Bürger-Schöß) solvat, quia pensio hæc docer, civem alibi degentem retinere animum quandoque redeundi; quod propositum revertendi de jure facit, ut per migrationem non immutetur domicilium, nec novum constituantur, etiamsi quis ibi per 1000. annos substituerit. Menoch. *arbitr. Cas. 86. n. 7. Zahn. Ichnogr. cap. 14. n. 30. seqq.* Confirmant dicta nonnullorum statuta locorum, quorum unum instar omnium, & quidem Wurzenæ constitutum ex Dr. Lyseri *diss. de jure Civilitatis* §. 19. huc inserere licet, hic uti legitur verbis: So sich ein Bürger von hinnen an andere Ende begeben/ und daselbst si gen/ und gleich wohl daß Bürger-Recht allhier mit halten wolte/ derselbe sol dem Rathe zum Abzuge viertehaben Groschen/ und hernach alle wege auf Michäel 6. gr. so lange Er das Bürger-Recht zu halten gesinnet/ zu erlegen und zu schicken schuldig seyn/ würde er es aber 2. Jahr nach einander unterlassen/ sol er des Bürger-Rechts verlustig seyn. Et ut aliquid adhuc addam, antiquissimis jam jam temporibus non insolitum hoc fuisse, comprobat suo effato Aristoteles. *L. 3. Polit. cap. 1.* qui multos dicit extra moenia habitare, qui tamen cives esse non desinunt. Sicut etiam apud Plini. *L. 3. c. 8. de Quintio* legitur, quod ab aratro ad dictaturam vocatus fuerit. conf. Cicero *in Lelio.* Et alias quoque Romanorum familias suas traduxisse in villas, ubique fere in *historia* legitur Romana; qua de causa, ortum fortassis traxisse Halicarnassi illam opinionem divisionem universorum *civium Romanorum, in urbanos & rusticos.* conf. Siginus *2. de Jure Civit. Rom. cap. 6.*

*S. X. Cum itaque domicilii mutatione tota ex animo migrantis dependeat, standum est assertione ejus, qui se alio ad habitandum non contulisse declarat. Menoch. d. l. Mascard. de Probat. Concl.*

§34. n. 18. Ad hæc in genere renunciatio etiam maxime non verosimilis, in dubio non præsumitur, ideoque alleganti ejus incumbit probatio. Phil. Dec. Conf. 401. n. 3. Fachin, *Controv. Jur.* p. 3. lib. 7. c. 56. ibi: 4tum argum. est. & eatenus alicui juri renunciatum censetur, quatenus expressum est, & ultra expressum & nominatum non extenditur. Decian. vol. 3. *responf.* 113. n. 31. Treutl. *select. disp.* vol. 1. *disp.* 25. lib. 5. lit. b. ibi. Renunciations stricti juris sunt, adeoque in iis non venit, nisi quod nominatum expressum est. Ut civis, Clericus factus, per Clericatum non perdit civitatem seu jura civitatis, licet civis evadat privilegiatus Chr. Rehebold, *de Jure Civit.* p. 2. c. penult. in fin.

§. XI. Sed tempus est, ut ad priora iterum revertamur, unde per necessarias exceptiones duci nos necessario passi sumus, ulterius scil. visuri, quomodo procedat & quibus tacita illaccipit vel permitti sit juris civilitatis renunciatio; Ubi re- censitis antea moribus diversarum civitatum, quibusdam aliis in locis statuto & consuetudine receptum addo, quod vidua vel civis cuiusdam filia, absque Magistratus consensu prius imperato, si peregrino nubat, eo ipso jus perdat civitatis; pro- ut inter reliquæ Eslingæ observari autor ex fuit Knipsch. *d. Jure Civ.* loc. cit. n. II. conf. quoque Wehner. *in observ. Pract. verb.* Gewohnheit, qui adhuc civem vel hujus filium, extraneam si in uxorem ducat, quæ statutis sat sfacere nequeat, civitatem iti- dem amittere ajunt, licet dissentiat Besold. *Polit. lib. 1. cap. II.* Accedit communis illa Germaniae consuetudo, per quam in ci- vitatibus jus incolatus passim post annum acquiritur, & Magi- stratus advenam diutius ibi commorari non patitur, si elapsò an- no jura civium redimere nolit. Quemlibet autem posse propria voluntate incolatui & domicilio renunciare, quod eo ipso fit, quando se & bona sua in alium locum transfert, superius dixi ex Gail. l. 2. *Obf.* 35. n. 8. modo tamen, quod in antecessum ibi n. 7. notat, quis re & facto animum manendi declareret, vel domicilium animo perpetuo ibi habitandi in civitate aliqua per annum vel decen- num sibi constituat d. n. 7. alias enim, si animus manendi deficeret, ad superius allatam exceptionem iterum recurrere deberemus. Sic in Gallia Ludov. XII. omnes qui rescripta civilia impetraverant,

ac relictia Gallia domum remigrare voluerant, tanquam tacite jus suum resignantes, peregrinos iterum esse constituit: cum teste Bodino, *l. 1. de repub. c. 6.* per edictum Regium de ao. 1503. 1551. 1555. ad jura civium consequenda Principis rescriptum impetrare necessum habent illi, qui ut cives recipi desiderant.

S. XII. Præmissis iis, necessario jam notandum venit, procedere potissimum tacitam hanc atque ex civium emigratione præsumptam resignationem; si ex civitate, in qua promiscue jus emigrandi usurpatur, aliquis nullo peculiari vinculo adstrictus, in aliam civitatem fortunarum sedem transferat; quo casu in eam nihil amplius juris habet antiqua civitas. Pufend. *d. Jur. Nat. & Gent. lib. 8. c. 11. §. 3.* Qui mos inter Valesios & quinque Helvetiorum pagos minores in viridi adhuc est observantia, quorum subditi opus non habent expressi resignatione; inierunt enim illi anno 1527. Bernates & Friburgenses ao. 1505. Genevenses & Bernates ao. 1565. foedus inter se, quod alias *Combourgoise seu communicatio civitatis* appellatur; vi cuius mutua inter ipsos stabilitur civitatis communicatio & fides amicitiae; ut qui ex sociis sua quoconque modo deferta civitate, sociorum civitatem adire malit, momento cives ac subditus sit alterius civitatis. sine cooptatione ulla, rogatione aut singulari aliquo rescripto. Bodinus *loc. cit.* ut alia jamjam sicco præterea pede exempla atque civitatum consuetudines.

S. XIII. Alias enim & quidem communiter spontanea hæc migratio quoisque civibus sit permitti, ex modis, quibus aliquis in civitatem sit receptus, colligi putat Dn. Pufend. *cit. loc. §. 2.* Quidam enim, *inquit*, justo bello victi, aut extrema adacti necessitate in civitatis alicuius ditionem concedunt: qui quanta hic libertate gaudeant, ex legibus civitatis est cognoscendum. At si quis liber homo, nullius antea subjectus Imperio, vel eo, quo anteac tenebatur, jam iterum solitus, sponte sese civitati alicui adjunxerit; itidem ex statutis ejus civitatis erit judicandum, quidnam circa migrationem libertatis ipsi sit relictum: Dintur enim civitates, ex quibus citra expressam earundem consensem migrare non licet. Alicubi certo onere ea licentia est redimenda. Sicut de Achivis scribit Ovidius,

*Metamorph. lib. 15. Prohibent discedere leges, pœnaque mors posita est, patriam mutare volenti.* Ubi autem circa eam rem nullæ extiterint leges, quid licet, ex consuetudine aut ex natura subjectionis civilis colligendum. Si neque hæc adest, magis est, ut licentiam illam pro arbitrio migrandi liber sibi homo reservasse intelligatur. *Hæc illæ sunt verba, tot ponderum, quos continent syllabas.*

§. XIV. Certum quippe est, dari populos & Respublicas in quibus liber ille discessus atque civitatis resignatio severis admnodum coercetur legibus. Illustr. Dn. Cancellarius de Jena. *de Rat. Status diff. 22. concl. 6. p. 352.* & de Neapolitanis tradit Petrus de Afflict. dec. f. 265. quod etiamnum regno exire non sinit, nisi impetrata venia, ita ut plurimum, qui ex præcipua regni nobilitate oriundi, spendorum familiæ insigni auxerunt expectatione. Sic plerique aliquando Florentinorum civium, precibus a Principe efflagitarunt, ut inter peregrinos censerentur, non tamen impetrare illud potuerunt. Bodin. loc. cit. Mediolanenses arctius fere patriæ adstringi, patet ex statutis Ducatus Mediolanens. in quibus decretum reperitur Senatus Mediolanensis, hac clausula, ne cuius civitatis alterius capere aut societatem cum ullis aliis Principibus aut civitatibus coire liceret, nec domicilium in ejusdem Imperium finibus commutare, nisi prius impetrata venia & honorario Principi soluto. Sine venia, siita loqui licet, speciali Principis, ne Insula quidem exire liberum relinquitur Patriiis Anglorum, Scotorum atque Danorum. Simil modo & Hispanis sine Regis venia regno exire, vel in Indiam trahicere interdictum est. conf. Bodin. d. loc. Imprimis autem si Tyrannorum injicere mentionem fas est, quis historiarum peritus nescit, cives exire regno, atq; resignare suisse prohibitos? Imo etiam peregrinos quandoque idem tetigisse infortunium, & a Principibus interdictam ipsis suis remigrationem, partim suis comprobat exemplis Muscovia, Tartaria & Aethiopia; partim etiam in lœ regions, que ob soli sterilitatem coeliq; intemperiem infestantur. Sigismund. in Histor. Moschor. Francise. Alvarius in his. Aethiopica, Grot. de Jur. B. & P. lib. 2. c. 5. n. 24. præ-

pri-

primis si peregrinus excelsi apparuerit ingenii, & scientiis imbutus sit. Chinenses hic lubens præterea, qui ipsius turpe sibi ducunt, patriam relinquere, & ad imperatores secedere. Meuhoff. in der Sinesischen Reise. Beschreibung.

§. XV. Sed quid dicam de censitis & glebae adscriptis, quos manus mortuas appellant. Bodin. loc. cit. & qui vigore homagialis præstitionis seu promissi, ohne ihrer Herren Wissen und Belieben weder Leib noch Guth verändern dörssen / sed perpetuo ipsi cum liberis suis fundo domini sui adherere coguntur, cuius etiam pars reputari solent? Sichard. in l. 6. n. 4. C. de secund. Nupt. Laymann. de Pac. Relig. lib. 3. c. 33; Dn. Præses. in Us. Mod. ff. tit. de Stat. homin. §. 9. Knipsch. de Civit. Imp. l. 2. cap. 29. n. 162. Et hi non ipsi tantum, verum etiam liberi eorum domicilium mutare prohibentur. Mev. part. 4. decif. 22. Fritsch. Exerc. Jur. publ. Vol. 2. diss. 4. §. 65. ejusdemque fortis cum parentibus reputantur. l. 23. C. de Agricol. Respondeo, ne in totum naturalis ipsis afferatur libertas, certis quandoque in casibus liberior ipsis concedi discessus solet; si scil. dominus declaratus sit in bannum Imperii; item si ob loci sterilitatem necessaria vitæ subvidia atque alimenta ibi habere nequeunt, quamvis, quo ad hunc casum, rem admodum dubiam esse, putat Dn. El. Aug. Stryk. de domicil. mut. cap. 4. §. 29. Licita porro ipsis relinquetur mutatio, si propter saevitiam domini diutius sub ejus dominio tuto habitare nequeunt, conf. Gail. de Areftis Imp. c. 8. n. 16. Denique si propter religionem durius habiti discedant ex territorio vid. Dn. Stryk. cit. loc. n. ult. cum prætextu ægri colationis, aut alterius servitutis in Imperio nostro detinere eos nemo debeat, per Instr. Pac. art. V. §. 37. Plura de horum statu atque conditione qui desiderat, vid. Illustr. Dn. de Rherz. Inst. Iur. publ. lib. 2. tit. 2. §. 7. & fusi Stammer. de Servit. person. l. 3. c. 20. n. 8. & ex professo Meyius in Tract. von dem Zustand und Absforderung der Bauern. Sic in statutis Regni Polonici lib. 1. c. 17. Constitutio reperitur Sigismundi Vislic. Regis Polon. qui triplici ex causa Villanis libertatem mutandi dominos permisit: Si nempe dominus opprimat filiam vel uxorem Villani: Si dominus ma-

CAP. IV. DE FORMA RESIGNANDI  
 neat in ex communicatione per annum: denique si bona Villani diripientur ob delictum domini.

S. XVI. Proprios jūm homines in Imperio nostro excipiunt Wildfangii, homines novi & proprii; leibigeni Leuthe/ alii cubi vocantur Reichs-Leuthe/ Königs-Leuthe / uti de præfectura Oppenheim annotavit Dn. de Rhetz loc. cit. §. 12. ita dicti a Germanico vocabulo Wild/ quod rem nullius certa curæ vel domicilii dēnot it, non autem a feris. Peregrinus enim si ad loca ubi hoc jus receptum est, utputa in Palatinatu & adjacentibus qui busdam terris, configiat, ibique per annum & diem pernateat, nec dominus prior eum ut subditum vindicet, præfecto dem Faha-Bogt solvere tenetur den. Faha-Oüden; oder den Faha-Pfennig/ & annuatim postea certos adhuc groslos, ova & gallinam præstare debet, domique quando moritur vestem, equum & jumentum relinquit, conf. Dn. de Rhetz. d. l. Speidel. norab. voc. leibigen. Besoldus atque Wehnerus voc. Wildfang. Curiosus autem lector, si integrum jus Wildfangiatus perspectum atque notum habere cupit, Privilégia Electori Palat. hac in re ab Imperatoribus concessi, bellum inter hunc & Electorem Bavariae exortum, laudoque deum per Regem Gallie compositum, & acti Wildfangiatus in usum publicum memoriae prodicta; ad ea Sprenger. in Jurispr. publ. p. m. 389. & O'denburgerum in Notit. Imperii P. I. disc. 26. membr. 2. n. 8. & seqq. Quibus certatione vel ad similitudinem glebae adscriptorum an quoque licita sit quandoque emigratio, deficiente autorum testimonio, tu to affirmare vel negare nequeo.

S XVII. Hoc interim in allegatis exemplis ostendere volui, generalem non adeo atque liberrimam ubique locorum statu endam esse juris civilitatis resignationem, sed diversis in locis, vel plane improbatam, vel ad minimum coarctatam atque limitatam. Nihilominus tamen reperiuntur inter Doctores non nulli, qui nec statutum valere dicunt voluntque, quo quis prohibetur, ut domiciliū mutet & civitati renunciet, inter quos præceteris veniunt Klock. de Vedigal. Concl. 63. Scheplitz. ad Conf. Marchic. part. 4. tit. 14. §. 2. Frid. Bruckmann. tr. d. Regal. §.

50.

*soluta potestas membr. 2. cap. 4. effectu. 6. n. 131.* Henr. Bruning.  
*diss. de Jure universitatis. Concl. 39.* Marc. brun. *Consil. 70. n. 51. lib. I.*  
*Gail. lib. 2. Obs. 3. n. 7.* conf. Magerus *de Advoc. Arm. cap. 16. n.*  
*126.* qui uno fere ore suam opinionem exinde corroborare ni-  
*tuntur, quia hoc naturali libertati nimium adversaretur, si sta-*  
*tutum aliquod simpliciter hic in re contrarium disponere pos-*  
*set, per l. 71. §. 2. ff. de condit. & demonst. arg. l. 28. §. 1. ff. ex qui-*  
*bis caus. maj. add. Rumelin. ad A. B. diss. 5. th. 5.* Myler ab Eh-  
*renbach. de Jure Stat. c. 63. v. nec cens.* Statutum etiam juri  
*comm. hinc in re nihil derogare posse, imo usu contrarium ob-*  
*servari dicunt, civesque lares suos non modo libere aliorum  
 transferre, modo id malitiose non fiat. Marcabr. d. Consil. 70. n. 50.*  
*lib. I. sed etiam invito domino Jus Civit. resignare & aliorum*  
*quo lubuerit, migrare posse arg. l. 5. §. f. ibi. si malit. &c. ff. d.*  
*Captiv. & postlim. l. in bello. 12. pr. ff. eod. & Rec. Imp. d. a. o. 1555. §. wo*  
*aber uniseric. l. 31. ff. ad municip. quia etiam receptio in civem di-*  
*citur beneficium, quod invitus nec acquirit, nec retinet. l. 69. ff.*  
*de R. l. 1. 19. §. 2. ff. de donat. conf. Mager. loc. cit. n. 127. fin. conf.*  
*Cicer. qui in Orat. pro Balbo, liberam hanc laudibus extollit*  
*emigrandi facultatem, dum iura præclara atque divinitus jam in-*  
*de a principio Romani nominis dicit a majoribus nostris com-*  
*parata, ne quis invitus civitate mutetur, neve in civitate maneat*  
*invitus. Hæc enim, concludit, sunt fundamenta firmissima nostræ*  
*libertatis, quemque juris & retinendi & dimittendi esse domi-*  
*nun. Quod Ciceronis effatum publicis quoque correspondisse*  
*legibus, jurique communi & gentium, comprobant allati antea*  
*textus. Jam vero, dicunt, in Principis potestate minime consistit,*  
*contra jus gentium subditis libertatem naturalem adimere, ac*  
*pro libitu circumscribere. Myler. l. c. n. 5.*

§. XVIII. Verum quicquid sit, auctoritate ac multitudi-  
 ne consentientium auctorum, sententiam suam defendere sicut  
 voluit Magerus. cit. loc. Contrariam per alios & nobis tueri quo-  
 que liceat: posse scilicet liberam illam resignandi facultatem sta-  
 tutu restringi, & prohiberi; ut fuit arg. l. 4. C. de Commerc. l. fin.  
 ff. de Decret. ab Ord. fac. Abbas. Vol. 2. Conf. 17. Roman. Conf. 59. n. 5.

Cap.

Cabalin. vol. 2. conf. 209. per tot. Bodinus. *de republ. l. i. cap. 6. n. 58.*  
 Bern. Grevæ. lib. 1. Obs. 36. Conf. 2. n. 6. Petrus Anton. de Petra. *de  
 poest. Princip. c. 13. n. 13.* qui Socinum juniores ita *Conf. 76. n.  
 15. seqq. lib. 4.* signanter respondisse dicit. Deinde quilibet quasi  
 hy pothecarius sue civitatis nascitur, post Joh. Grot. *ad rubr. ff.  
 Solut. matrim. n. 33.* Bertaz. *Confil. 56. n. 14. seqq.* Ita etiam apud  
 Romanos non licuit ex una civitate in aliam Principis iusfus  
 commere, pro ut notum est, ideoque bona Mætecorum colo  
 norum, qui sine rescripto fedem mutab int, fisco vindicata olim  
 fuisse, patet ex l. 4. C. de *Jure Fisci.* Ex quo fonte promanaesse  
 constitutionem illam de Phalburgeris verosimile est. Imo hodie  
 adhuc dominus atque magistratus vi superioritatis territorialis  
 subditos suos cogere potest, ut in suis domiciliis & civitate com  
 morentur, nec alibi divagentur, aut in dominorum vel civitatis  
 præjudicium se absentent. Surd. *conf. 210. n. 14. vol. 1. cit.* Knipsch.  
*lib. 2. cap. 6. n. 193.* adeo, ut si ab alio detineantur, vel alibi ope  
 rentur, inde domum avocari queant. Id. ib. *conf. Mev. vom Zu  
 stand und Absc. der Bauren.* & D. Georg. Beyer. Lips.  
*diss. de Jure avocandi Cives & incolas ex territorio alieno.*  
 Licut porro ejusmodi statuta libertatem aliquo modo constringe  
 videantur, quod tamen hodie variis modis fieri docet Dn.  
*Fritsch. Exercit. Jur. publ. Vol. 1. disp. 16. de libert. natur. re  
 stricta per tot.* quia tamen talia statuta, boni publici conserva  
 tionem ut plurimum respiciunt, ac inevitabilis mali propulsan  
 di necessitas illa fieri suadeat, mihi persuadere nullo modo pos  
 sum invaliditatem & injustitiam ejusmodi Statutorum. Mev.  
*in Jus Lubec. lib. 1. tit. 2. art. 2. n. 70.* Minz. *decif. Palat. 18. n. 24.*  
 Qui simul, nec negamus, *inquit.* talibus pactis iniri possè societa  
 tem civilem, ut civibus a civitate abscedere non licet, & mores  
 viam paci accipere. Jam, si per pacta contraria introduci potest  
 confuetudo, cur non etiam per statuta, quæ accuratius confide  
 rata per se nihil aliud sunt, quam pacta inter populum & Senatum  
 ob salutem Reipubl. conventa, conf. Fritsch. *de Resignat. c. 9. n. 8.*  
 Sic etiam civis imprimis assumptus, civitatem novam cum in  
 grediatur, animo ibi permanendi, eo ipso omnia jura, mores

at-

JUS CIVITATIS.

atque consuetudines, onera, aliaque civitatis approbasse præsumuntur, & secundum illorum placita in posterum vitam instituere se velle censetur, & debet. l. 29. ff. ad Munitip. l. un. C. ubi pet. Tert. qua de causa, licet tale adeset statutum, in posterum ipsi aliud, quam quod semel placuit, placere neque potest, neque debet. Dn. Rhetz, Inst. Iur. publ. lib. 2. tit. 14. §. 7. cum quod ab initio est voluntatis, ex postfacto fr. necesse sit.

§. XIX. In genere ergo liberam esse discedendi & resignandi facultatem, hac intelligentum est limitatione: nisi reipublicæ aut civitatis aliquid intersit, prohiberi illam; quo casu observandam esse regulam naturalis æquitatis dicit Grotius, quam Romani in privatis societatibus dirimendis sunt sectari, ut id non licet si societatis intersit, (ubi iterum ad missis aliquantulum accedimus simul limitationes atque exceptiones, circa libertatem resignat. Juris civici notari necessarias) quia magis quod universæ societati, quam quod uni ex sociis expedit, attenti debet. l. 65. S. 1. ff. pro socio. Intererit autem, dicit Grotius loc. cit. §. 24. n. 2. societatis civilis, non abire civem, si magnum contractum sit ex alienum, nisi paratus sit civis partem suam exsolvere: fiducia item multitudo si bellum sit suscepit, preferent si obstdio immineat, nisi paratus sit civis ille, alium æque idoneum substituere, qui rem publicam defendat. Et sane iniquitatis esset infinitæ, si civis in tanta rerum angustia civitate constituta, perceptis commodis, eam deserere vellet, atque bonum quod largissime percepit beneficiumque, sua jam ingratitudine compenfare non erubesceret. conf. Dn. Fritsch. Exerc. Iur. Publ. vol. 2. diff. 4. §. 55. seq. Mev. ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 2. art. 2. n. 71.

§. XX. Si tamen *civis*, in primis *originarius*, exuto omni æquitatis rubore, iis minime ponderatis, li dico in aliam commigrare vellet civitatem, possitne civitas invitum eum retinere, quæstio hic incidit? Quod fieri sine ulla dubitatione posse, amor patriæ suader, qui maximam alias ortus nostri sibi partem vendicat. Notum postmodum est, fidem neminem novæ civitati dare posse, retenta adhuc priori, & a contractu summe perfe-

et o & consummato invita altera parte resiliere, in jure prohibitum esse scimus; intercedere autem inter civem & civitatem licet non formalem, materialem tamen contractum, in superioribus demonstratum dedi. Dieta tamen ad illum casum referre nolo, si talis discessus exiguum vel plane nullum civitati adferat damnum: licet enim eo nihil obstante objici posset, quemlibet bonum civem scire debere, non sibi tantum, sed patriæ etiam natum se esse: adeo parata iterum responsio; hoc non impedit, quin quilibet sine patriæ incommodo atque detrimento suam feliciorem reddere queat conditionem; cum in eo potius subsistat patriæ amor, ut si tua & publica salus in parvissimum discrimine, tu vi hujus, hanc tuæ anteponas. Id quod si negligitur, & ex abitu in necessarium discrimen salus publica adducitur, tempore illo importuno emigrando, retineri tunc posse civem & amor patriæ, & naturalis suadet ratio, conf. Conring, *diff. de cive.* §. 24.

§. XXI. Ejusmodi autem discessus undique injustus, generali vocabulo appellari solet, malitiosus; hinc & permissa dicitur resignatio, modo haec non fiat malitiosa. *l. 15. §. pen. ff. ad municip.* Ad quod præter recensita ad hoc referunt casum, si ideo quis & ex abrupto quasi migrare velit, si forte sciat, libellum esse contra se oblatum. *Ros. corb. Pract. forens. cap. 20. n. 20. add. l. in bello 12. ff. de captiv. & postlim. conf. die Cammer-Gerichts-Ordnung. P. 2. tit. 14. per tot. Manz. dec. 8. n. 21.* Hinc plerisque in locis ne tale quid fiat, antequam discedat, prius perso vere tenetur tributa, collectas, & alia debita publica. *Knipsch. l. 2. c. 29. n. 161. fin.* & secundum æquitatem ut procedat emigratio, suam hanc voluntatem Magistratui detegere debetabituriens, quicquid etiam contra sentiant Mylerus de Princip. *Imp. cap. 63. §. 4. Mev. ad Jus Lubeć. l. 1. tit. 2. n. 69. Manz. d. quæst. 18. n. 18. ibique Arum; Mager. & Buxtorff. aliquique contentientes allegati, conf. Lauterb. de domicil. c. 9. n. 214.* qui omnes manifestam hic adesse dicunt disparitatis rationem, licet ad constitutionem domicilii. Magistratus requiritur consensus, adeo ut & in discessu & mutatione omnino videatur necessarius: cum tamen ibi præcavendum, ne

Ma-

Magistratui invito novus obtrudatur civis, quem non recipi civitatis & Magistratus interesse poterat variis de causis: in mutatione vero hoc interesse cesseret, cum civem non acquirat Magistratus, sed amittat. Dn. El. August. Stryk. *de domicil. mutat.* cap. 2.  
n. 40.

§. XXII. Ast migraturo, ut nempe indicet de suo dicensu, ex debito & decoro ista sunt observanda, cum civitatis plerumque intersit, nosse civium numerum; nisi forte certis ex argumentis colligat, civitatis nihil interesse, gnara ipsa, an inficia quis discedat. Illis autem, utor verbis Dn. Pufendorffii, utique expresso civitatis consensu opus est, qui ad peculiare munus, praesertim ad certum tempus sese obstrinxere, lib. 8. c. 11 §. 3. d. 7. N. & G. Et sic etiam est, resignans enim beneficio inconsulto Superiore qui tribuit, dimittre illud non debet, sed resignare, hoc est, reddere ei, a quo suscepimus fuit, atque illius consensum exigere. Nam cuius auctoritas requiritur in consequendo, ejusdem quoque consensus exigitur, si quis velit officium seu beneficium jam susceptum iterum dimittere. Bald. cap. 1. *de renunc.* Quia denique hoc jus civitatis, sicut & plurima beneficia, utriusque tam dantis quam accipientis dantur gratia, ideo dimitti non debent, nisi accedat utriusque consensus atque voluntas. Bald. in cap. 1. *de nov. form. fidelit.* Certe si discessum Magistratui aperire recusat & abeat, fuga deserens civitatem & elapsus reputatur, ideoque, quicquid reliquit in civitate, ut ut alteri meditatione fugae venditum, civitati cedit, dummodo emptor fugae conscientius fuerit. l. pen. C. *de rescind. vend.* Mev. *ad Jus Lubec.* l. 1. iii. 2. art. 2. n. 23.

§. XXIII. Neque gregatim instituenda est haec resignatio & emigratio. Illustr. Dn. de Rhetz, *Inst. Jur. publ.* lib. 2. tit. 14. §. 6. fin. Grotius l. c. n. 24. licet dubio non carere Grotii sententiam cum Pufend. afferat Dn. Stryk. *de mutat. domicil.* c. 2. n. 17. Si enim singulis, dicunt, pro arbitrio migrare licet, cur non idem licet pluribus, quibus sedem fortunarum eodem tempore transferre commodum est? Nec ad rem facit, quod hoc modo civitas debilitetur: nam qui jus non habet me invitum retinendi, illi

74 CAP. IV. DE FORMA RESIGNANDI.  
non sit injuria, si futurum aliquod incommodum, nondum debitum, meo discessu ipsi intercipiatur &c. Verum placet adhuc & commodior arridet sententia Grotii, qui d. l. gregatim inquit, discedi non posse, satis expeditum est, ex necessitate finis, quæ jus facit in moralibus. Nam id si liceret, jam civilis societas subsisterere non posset. De singulorum discessione alia res videtur, si eut aliud est ex flumine aquam haurire, aliud rivum deducere. Consentit di. Instruktion einer Fürstl. Regierung apud Dn. Ringk. in Progymnas. ibi: Wenn ins künftige bey Land und Städten egleiche Familien auff einmahl und zu Haussen/ oder auch in einem Jahr nach und nach sich hinweg begeben wolten / weil der gleichen ungewöhnliche Fortteilung und Verlassung des Vaterlandes eine schädliche desolation nach sich zu ziehen scheinet / habe ihr selbigen auff solche Weise die emigration nicht zu gestatten. Eccl. illustr. Dn. Cancell. de Jena diff. de Rat. Stat. diff. 22. concl. 6. in Belgio inde anno 1567. graves poenas adversus istos patriæ defertores statutas fuisse, cum flagrante bello intestino multi catervatim solum verterent, refert ex Simon. Groenewegio d. LL. abrog. ad b. 31. n. ult. ad municip.

§. XXIV. Maxime autem si intempestive id fiat, h. e. quando dominus subditis valde eget; id enim, catervatim si fieret emigratio, in prejudicium domini vel civitatis redundaret. Dn. de Rhetz. loc. alleg. Quod ultimum, tempestive scil. ut fiat resignatio, prater Dn. Rhetz. & quando civitas non peculiariter intercessit, suadet Dn. Pufend. loc. cit. §. 3. & Grotius. Realiter tandem adhuc ut se alio transferant resignantes, per l. 20. ff. ad municip. ubi domicilium re & facto transferri dicitur, volunt Buxtorff. & Mager, citante & consentiente Manz. dec. Pal. qu. 18. n. 22. Ultimo demum requiritur, ut salvat id quod pro jure emigrationis solvi solet, ut sunt die Nachsteuer & alia debita atque onera, de quibus in subsequenti cap. 5. in specie acturus sum.

CAPUT V.  
De Oneribus Resignantium.

Con-

**C**onnexio hujus & præced. *Alias ad solutionem totalem, bonis sufficientibus si destituantur civitas, tenetur. §. 18. & 19.*

*Capit. §. 1.*

**O**rigo Juris detractionis, ejusque varia acceptio §. 2.

**D**ifferens Abschöß & Abzug. §. 3.

**Q**uibus hic censu solvi debeant; an etiam Magistratus mancipali? §. 4.

**U**trum Senatui Acad. an Oppidano, si civis academicus emigret? §. 5.

**Q**uinam solvere gabellam teneantur; an etiam civis vi; vel necessitate invitius expulsus? §. 6. queritur.

**A**n propter religionem emigrare coacti? §. 7. An Iudei? §. 8.

**I**mmunes ab hoc censu sunt Clientes. §. 9.

**C**lerici, Professores, DD. &c. §. 10.

**C**onfœderati cives, fædere aut pereire inter civitates innito. §. 11.

**Q**uandoque etiam ex una in aliâ eisdem domini migrantes civitatem. §. 12.

**A**n hic Ius retorsionis locum habeat, negatur §. 13.

**Q**uantitas gabellarum pro locorum diversitate variat. §. 14.

**J**ustum & equum esse Ius detractionis, defenditur §. 15.

**S**olvere debet civis pro rata debitum a civitate contractū. §. 16.

**N**isi civitas se ipse ex publico patrimonio liberare valeat. §. 17

*Item si in commodum singulorum civium, vel totius corporis contractum sit aë alienum §. 20.*

*Vel tempore resignationis publicum tributum exsolventur. §. 21.*

*Aut collecta jam sunt indicite, pro necessitatibus tamen præteritis, non futuris. §. 22.*

*Imprimis se ab onere detract. liber patet discessus. §. 23.*

*In his omnibus ad locorum consuetud. sedulo respiciendum esse, monetur. §. 24.*

*An id, quod renuncians & emigrans solvere tenetur, per compensationem præstare possit? §. 25.*

**T**enetur civis discedens litteras testimoniales Rundschafften a Magistratu sibi comparare. §. 26.

**S**i judicium cœptum, vel lis fuerit contestata, de lita prosequenda cavere debet. §. 27.

**I**tem se semper adsulturum, se rerum suo tempore contingendum edere rationem ac civitate priori cœtur. §. 28.

**C**onclusio capituli & sequentis connexio occurrit. §. ult.

§. L

**A**ggregior itaque onera illa, quae sustinenda illi, qui deficerere civitatem, eius juri resignare, atque aliorum fere conferre mavult; resignatione enim facta, ante discessum praestanda sunt ea, quae ad renunc. more & statuto desiderantur. *l. 34. l. 20. l. 31. ff. ad municip.* ad quod respexit Gail. lib. 2. Obs. 6. n. 10. qui praedicta, inquit, scil. resignatione maxime obtinet, si civis ea praefiterit, quae ad renunciationem more majorum, vel ex statutis civitatum requiruntur. Nam in multis civitatibus Imperialibus statuto receptum est, ut civis volens deserere civitatem, & alio domicilium suum transferre, cogatur imprimis de omnibus bonis suis certam pecuniae summam civitati pensare, tributum aliquod dare, vulgariter vocant Nachsteuern. Consentit Rosacorb. *Pract. for. cap. 29. n. 18.* Rauchbar. *quest. 15.* Dn. de Rhetz. *Inst. Jur. publ. l. 2. tit. 14.* Mylerus de Imp. stat. P. 2. c. 4. & plures alii, qui moribus nostris mutantem domicilium, si solvat den Abzug da kein freyer Zug ist, liberari ab onere prioris civitatis, dicunt: doch muß er gewöhnlich noch über dieses die Sachen auerichten / so in wärenden seinem Bürg. r. Recht an gefangen werden. B. sold. *Theb. Pract. voc. Bürger.* nec non persolvere tributa, collectas & alia debita publica tenetur, daß er in der Stadt vorhin bezahle die Steuer / Schätzung / Contribution, und andere der Stadt vorgesallene Schuldigkeiten. Knipsch. *de Civit. Imperii. lib. 2. c. 29. n. 16.* in fin. conf. die Instruction einer Fürstl. Regierung; Ob und wie fern bey daß Fürstenhums N. schwerer Schulden-Last / die hinweg Ziehenden und Neuan- komgenden Landsäßen / zu Abtragung ihres contingents anzuhalten / &c. cuius antecedentis passim in precedentibus ex Dn. Ringk. *Progymnas. Jur. pro gymm. 14.* adduxi; ibi: dasfern II. auf dem Land/ bey Ausziehung eines und des andern Landsässen &c.

§. II. Nunc confusionem omnem ut evitemus, de onere illo der Nachsteuer videamus, antequam ad tributa, collectas & alia debita procedamus, consuetudine illa & antiquissima & iustissima, Thoming. *decis. 27. n. 38.* & rationabili, Kœppen. *part. 1. Decis. quest. II. n. 7.* Deducunt enim ejus originem à temporibus

Cæ-

Cæsaris Augusti, cui ob varia bellorum incommoda ejus tribuunt inventionem, tanquam modum collectandi pecunias. Dio Cass. *histor. lib. 55.* Tacit. *4. Annal. 55.* Menoch. *de Adipisc. possess. remed. 4. n. 2. seqv.* Knipsch. *d. cap. 20. n. 6.* & leges civiles hujus vestigia referentes annotavit Myler. *de Stat. Imper. P. 2. c. 63. §. 2.* Dicebatur hæc antiquis, jus detractionis, hodie autem & quidem communiter, *Gibella detractionis.* Census emigrationis vel jus emigrationis, quam tamen appellationem admittere recusat Schmid. *diff. de Censu emigr. th. 4. f.* cum magna intercedat differentia inter jus emigrationis, quod civibus competit ratione mutationis domicili, & inter censem emigrat, qui ratione bonorum secum avehendorum a civibus discedentibus Magistrati loci, unde discedunt, est praestans. Census hic a Schmid. *d. l. & Meissner. T. 2. l. 1. dec. 8. n. 5.* collecta dicitur, a Guili. Nachsteuer / quasi postremum discedentis tributum. *lib. 2. Obs. 36. & 59. n. 9.* a Cothman. *respōnf. Acad. 19. n. 3.* Veetigal; de quo tamen adhuc sub judice his est, an hæc gabella detracſt. referenda sit ad veetigalia, & sic ad regalia, vel potius ad collectas? Prius defendit Coth. Reinking Lindeman. *in hist. Jur. Rom. th. 41. & Dn. Coccceus de Censu Emigrat. th. 9. late admodum:* posterius, Wehnerus *ad vocem Nachsteuer.* & Knipsch. *l. c. c. 20. n. 18.* Germanice appellatur hoc jus detracſt. Ab-od-r Nachschuß. Cothm. *resp. Acad. d. l. Abfart.* Köppen *d. II. n. 2.* Abzug / weglosung / wglöſi / wglöſ; quod ultimum tamen Wahnero Pr. *Obs. ad voc. weglo n.* venit mitius, quam die Nachsteuer: quia die weglosung plerumque aliquod tantum solidorum, grossorumve sit solutio, tam per mortis, quam alienationis mutationem possessoſ, ab hominibus propriis & rusticis solvi solita; sicut in litteris hoc se legisse vetustis comprobat, daß etliche solt:n zu wegloſſen zu z. 3. oder mehr Schilling/ sie fahnen lebendig auf/ oder tod davon; Nachsteuer vero de civibus proprie usurpari. Denique Abzug nonnullis in locis indigitari per verba: Muß seine Güter verhunderen dicit Schepliz *Consuet. Brand. p. 3. tit. 8. §. 13.* Ejus iuendi, Mundius *Tr. de Muner. cap. 3. n. 447.*

S. III. Ne vero hic & in subsequentibus Lect. Ben. conſun-

## CAP. V. DE ONERIBUS.

fundamus, notanda hic statim venit divisio Juris detractionis, in id, quod versatur circa hereditates, legata, donationes &c. que omnia ad extraneos heredes veniunt & extra territorium transportantur, è quibus territorii dominus suam deducit portionem; & illud, quod ex mutatione domicilii Domino, vel Magistratui competit, cum subditus civitatem deserit, & domicilium in aliam civitatem, vel domini territorium alterius transferri, wenn Er das Bürger-recht aussfundiget/ und sich anderswo hin begiebt. Knipsch. de Civit. Imper. l. 2. c. 20. n. 21. Myler. d. l. p. 2. cap. 3. §. 3. Dn. de Rhetz. l. c. l. 2. tit. 14. §. 1. qui germanica lingua, illud Abzhoß hoc vero Abzug communiter dici, notat, conf. Besold. Thes. Pr. voc. Abzhoß. Sed in Rec. Imp. d. aa. 1594 §. und so viel ic. conjunguntur hec vocabula, unde sequi videatur eadem esse. Swanem. d. Jure emigr. c. 2. n. 10. Illud quod concernit, de eo nobis hic non erit sermo, sed de ultimo atque posteriori, quod describitur, potestas Magistratui aut territorii domino ex consuetudine inveterata & recepta competens, circa bona subditorum domicilii locum mutantium, ita ut emigrantes ex bonis aliunde transferendis, certam partem domino vel magistratui, in redditionem exhibeta protectionis & immunitati tributi penitare cogantur. Cujus definitionis fusissimam vide explicationem apud Crusium de Jure detract. & emigr. cap. 1. n. 3.

S. IV. Debetur autem, solvi que solet hic census emigrationis, ut ex ipsa appareat definitione, domino territorii vel magistratui; cuicunque enim competit jus collectandi, eidem etiam jus detractionis, quod velut accessorium collectarum reputatur; nisi aliud privilegio, pacto vel consuetudine loci sit receptum, sicut in nonnullis locis Magistratui tantum municipali competit, demorabentlichen Rath der Stadt: alibi superiori domino seu praefecturis, denen' Aemtern: quandoque his coniunctim, ita scilicet, ut Magistratus loci suam, & dominus supremus aliam adhuc accipiat portionem. Wehner. Obs. Pr. voc. Nachsteur. & in genere omnibus, qui superioritate & Majestate pollent. Schmid. de Censu Emigrat. tb. 10. II. De Magistratibus municipiis.

palibus quidam dubitare adhuc solent, imo jus hoc detractio-  
nis in totum de negant civitatibus illis, Kœppen. *decis. 32. n. 4.*  
& 3. *Besold. p. 4. Consil. 174. n. 39.* Dn. Stryk. *de mut. domicil. c. 2.*  
*n. 48. seq. &c.* dum inter rega ia hoc referunt, quibus destitui  
municipes volunt: verum civitates munic. & qualibet alia u-  
niveritas, ex justa & legitima causa omniumque consensu, etiam  
absque Superioris consensu ad onera universitatis sustinenda, si  
collectas indicere & colligere potest; Coler. *Consil. 42. n. 19. seqq.*  
multo magis censum exigere hunc posse, tanquam accessorium  
collectæ, puto: Nam hic etiam census inter fructus censemur  
jurisdictionis, confuetudine receptus & approbatus, *Constitut.*  
*Imp. de anno 1533. & 1594.* æquum autem est, ut cum sequantur  
commoda, quem & incommoda; ut hic sunt onera jurisdictionis.  
Denique cum Schwanem. *in Compend. Jur. emigrat. cap. 3. n. 8.*  
provoco ad experientiam, quæ non in civitatibus solum, verum  
etiam in oppidulis in Wettbilden und Glecken/ hoc jus detract. in  
usu esse comprobat. Latius hanc questionem tractat Crusius, *de*  
*Jure Detr. & emigr. cap. 5. per tot.*

§. V. Jam alia hanc concomitantur questione: Si forte a mem-  
bris Academicis e civitate aliqua Academiam soiente migranti-  
bus, der Abschöß seu census emigrationis pendendus sit, utri Sena-  
tui eo casu debeatur? Senatus enim oppidanus res atque bona A-  
cademicorum sux subjacere jurisdictioni ut plurimum conten-  
dit, hinc etiam, licet non de personis, pro rebus tamen exportan-  
dis id sibi deberi autumat. Interim tamen tali casu non oppida-  
no, sed Academicu Magistratu deperi, præmissis dubitandi, deci-  
dendi & respondendi rationibus, decidit Ern. Cothmann. *Resp.*  
*Acad. 19.* Qui simul amplum sat. DD. aliorumque Academicorum  
Rostochiensium catalogum annexit. Et ita quoque in ju-  
dicio contradictorio Gratianopoli aliquoties judicatum atque  
pronunciatum fuisse, refert Guido Papa *decis. 32. & 33.*

§. VI. Sed notatis iis, quibus hic census debeatur, viden-  
dum quoque est, quinam debeant atque solvere illum co-  
gantur. Cum vero & hic quidam ab hoc immunes onere  
reperiantur, videamus primo illos qui debent, postmodum ex-

*emptos.* Pertinent autem ad illos omnes ii, qui degunt in iis locis, ubi haec consuetudo est recepta, maxime cives & incolae aliquae, quibus cum onere tamen emigrare, Capite 3. dictum fuit. Ubi questio statim incidit, an civis invitus vi vel necessitate expulsus, aut emigrare coactus, solvere teneatur censum hunc emigrationis? Affirmativam tenuerit sententiam, Molin. in *Consuet.* Par. 1. S. 2. n. 14. Besold. *Thef. Pract.* voc. Abhchoß. Ita quoque decimus fuisse in causa Heilbron contra die Stadt Schwabischen Gemünd/ recenset Reichwin, in *Formul.* fol. 202. n. 3. Eandem tenet opinionem Knipsch. *de Civit. Imperii tit.* 20. c. 20. n. 38 seqv. & Zepper, in *Nucleo quest. Illust.* iii. 8. n. 14. &c. & incertum hoc autorem ex decisione Cameræ Imper. verb. mandata de mi, grando; verf subditi &c. affirmare, Schepliz. *Consuetud.* Brandenb. tit. 8. p. 3. §. 1. 14. casumque ibi referri recentet, quod ita judicatum sit. E. contra contrariam, tanquam veriorem fovent sententiam, Klock. *de Jure Vedigal.* b. 26. lit. a. Gylmann. l. *Syphor.* i. tit. 3. vol. i. n. 4. Wilh. Anthon. *de rescript. morator.* sed. i. *concl.* Berlich. *Concl.* 52. n. 15. p. 3. Arumæus *discurs.* Acad. 24. §. 2. Rumelin. *ad A. B.* p. 2. diff. 5. §. 6. Brunnenm. in l. ult. in fin. C. *de Municip.* & Orig. & DD. in l. Et ideo C. *de Cond. furi.* Contentit consuetudo Marchica, que rusticos a domino suo emigrare coactos, wenn sie ausgekauft werden / a gabella, alias eo in loco usitata, eximit, quod præjudicio, ibi: mit dem Abzug. Gelde aber werden sit in dem sie nicht freymüllig / sondern auf bestagten untersagen/ gevähmet und sich anderwärts niedergeläß. n. billig verschonet/ atteftatur Müller. *Pract. Forens.* resolut. 16. in fin. Ast intuitu hujus consuetudinis, limitandam potius, quam nude affirmandam vel negandam esse questionem, mihi persuadeo: Compelli nimurum non posse migrare coactos absque ulla antedatâ causa ad solutionem; bene tamen illos, qui se ipsos in necessitatem abeundi conjiciunt, arg. l. 36. §. 1. in f. ff. d. *judic.* Myler. *de Stat. Imperii P. 2. c. 63. n. 6.* ibique allegati, Koeppen & Berlich. Ut ecce debitor obversus, qui judicis patitur executionem, & bona sua alienare debet; Item qui propter delictum e civitate cum bonis suis alio commigrare tenetur. Koeppen. *dec.* II. n. 15. seq. Carpz.

Carpz. P. 3. *Conf. 38. def. 19. Dn. de Rherz. Inst. Jur. publ. lib. 2. t. 14. §. 5.* Hinc etiam Fœminam alterius civitatis civi nubentem atque, abeuntem, ratione dotis huic oneri subjectam esse, volunt Kœppen *dec. 6. n. 6.* Müller. *Pract. ref. 14. n. 14.* Klock. *de Ærar. l. 2. c. 70. n. 21.* & Hamburgi id moris esse tradit Dn. El. Aug. Stryk. *de domicil. mutat. c. 3. n. 54. fin.* non dicam quid in patria obtineat. Adinodum controversam ergo hanc esse assertiōnē, Dn. Stryk. *loc. all.* citans Rumelin. *ad A. B. & Myler. in addit.* asserit; Cruxus vero prolixus satis pro & contra disputat, demumque negando quæſtiōnē ventilat atque concludit. *Cap. 9. diff. de jure deirat. & emigr. per totum. ad quem Lect. Ben. remitto.*

S. VII. Sed propter religionem emigrantes quid de his statuendum est, *imprimis*, qui absque alia culpa ad id tenentur atque coguntur? Extendit suam paulo ante alkātam sententiam negativam ad hos quoque, in specie autem Evangelicos, a Magistratibus suis Catholicis ad necessitatem migrationis compulsoſ, Kœppen. *d. dec. 11. n. 15.* In iis tamen aliud esse dicit, qui sponte & non coacte, sed tædio diversæ religionis, emigrare solent: Et Just. Sprenger. *in Comment. de pac. relig. cap. 7.* prout tunc saltem ab his peti posse solutionem tributri debiti putat, si discedens religionis causa, servilis sit conditionis, & quidem pro consuecidine loci. Consentiant, & tributum hoc ab iis exigere non posse, asserunt Gylmann. *Tom. 2. Symphor. 1. sit. 3. vol. 1. n. 4. fol. 207.* allatis præjudiciis. Cran. *de pac. relig. part. 2. probl. 1.* Rumelin. *ad A. B. p. 2. diff. 5. §. 6.* apud Mylerum *de Stat. Imp. loc. cit. §. 7.* qui demum subjici, contrarium praxin tamen Imperii in multis locis non sine gravamine tenere. Et sic etiam est, adeo ut nulla ulteriori indigeat certioratione; si quidem solvere debere hunc censum tales emigrantes, manifeste probatur per Pacem Relig. *de anno 1555. §. 20.* aber unsere 2c. Ubi conceditur quidem subditis beneficium illud emigrationis, flebile dictum Cothmann. *Confil. Acad. 1. n. 83.* ratione religionis; salva tamen præstatione tributi, ob servilem conditionem, vel pensitatione der Nachsteuer. Sic in Art. V. §. 37. *Inst. Pac. Osnabr.* præcipitatur tantum, ne inusitatis prægraventur decimationibus; ex eo

autem liquet, non esse immunes, qui non inusitatum, receputum tamen licet moderatum solvere coguntur. *Conf. Dn. Stryk.*  
*loc. alleg. ibique alleg. Dn. de Rhetz.* Et Mundius *Vol. 2. Conf. 5.*  
*pr. quitempore reformationis ao. 1618. & sequ. in urbe Egrana,*  
*quintam bonorum partem ab emigrantibus propter religionem*  
*postulatum fuisse notat.*

§. VIII. Porro de *Judeis* quæstio oritur; an etiam *hi, ex*  
*civitate, in qua hactenus habitarunt, emigrantes, Magistrati*  
*loci jura migrationis solvere teneantur?* Teneri autem omni-  
*no prima fronte ideo videntur, quia LL. & statutis locorum sub-*  
*sjiciuntur ubi degunt, imo de corpore civitatis esse dicuntur. Bur-*  
*sat, Conf. 452. n. 68. & in Germania ex stylo ac consuetudine pro*  
*civibus illos haberi, autor est Mynsinger, Centur. 5. Obs. 6.* hoc  
*vero modo, privilegiorum, securitatis atque commodorum sunt*  
*participes.* Tiraquell, *de Jure primogen. quest. 66. n. 4.* Verum  
*contrariam magis approbatam atque receptam esse dicit senten-*  
*tia in Speidel. in notab. voc. *Juden.* experientia maxime teste:*  
*nisi forte immobilia bona ibi sita vendere, pretiumque secum*  
*exportare velint. Magerus de advoc. arm. cap. 10. n. 209.* quorum  
*intuitu ad solutionem gabellæ compelli possunt; quod etiam*  
*procedit, si maximum eorum commercium in mobilibus con-*  
*sistat, ut pecunia Collybistica, vel germissimæ &c. cuius ope maxi-*  
*mum sèpe lucrum reportant & exportant.* Coccej, *de Censu*  
*emigr. th. 12. fin.*

§. IX. Alia res est in *Clientibus* in denen Schutz und  
*Schirms Verwandten/ a quibus injuste censum hunc exigi, præ-*  
*ter alios defendit Mager, dict. loc. n. 192. (& hoc modo transitum*  
*facio ad illos, qui ab hoc onere immunes existunt) eam potissi-  
*mum ob rationem, quia cum Clientes Magistrati quotannis*  
*magnum plerumque tributum das Schutz- und Schirm-Geld,*  
*pendere soleant, iniquum esset, eos finitatemela, Patrimonii in-*  
*super sui diminutionem pati, aut partem aliquam relinquere*  
*protectori. Quod ipsum claris indigent veribus citata Instru-*  
*ctio einer Fürstlichen Regierung. Ibi: So wollen wir auch solche*  
*Nachsteuer von denenjenigen Einwohnern / welche Uns jähr-*  
*lich**

lich ein gewisses Schutz, und Verspruch, Ged abführen / bey ihren Abzuge nicht verlangen ic.

§. X. Itidem immunes ab hoc onere, Clericos & Ecclesiæ Ministros declarat Cothmann, resp. Acad. i. Berlich. & Knipsch. d. lib. 2. cap. 20. n. 40. seq. & ut antea dixi, Professores & alia Acad. membra, Crusius de Jure detracit. cap. 9. per tot. & Cothm. resp. Acad. 15. & 27. Knipsch. n. 42. id quod ad alias DD. legitime promotos extendit Berlich. p. 3. Concl. 72. n. 3. etiam ad viudas Professorum, Doctorum & Pastorum. Schmid. de censu emigrat. th. 17. imo Nobiles raro ad gabellam adigi, nisi subditi sint Principi præfrito homagio devincti, colligitur ex Rec. Imp. de anno 1555. §. wo aber Unsere, & de anno 1594. §. Und si viet die ic. vid. Nolden. de Statu Nobil. cap. 17. n. 122. conf. Dn. El. Aug. Stryk. de mut. domicil. cap. 2. n. 53. seq. Pari ratione officialem publicum, inspecie vero Syndicatum religionis causa emigrantem, ad solutionem gabella, vel æris alieni minime teneri, late sati deducit ac defendit Mundius Vol. 2. Consil. 5. per tot. & Comites quoque Palatinos exemptos esse, dicit Id. de Comit. Palat. c. 3. n. 381. Tale Privilegium immunitatis speciale a Cæsare obtinuisse die von Baumsdorff / und de. o Erbens-Erben/ refert Dn. Coccej. de Censu emigr. th. 12. fin. Imo reperiuntur populi atque provinciæ, in quibus libera emigratio absque omni onere usu obtinet, sicut de Bavaria ex relatione Doctoris sui, Scipio Gentilis, in lectura ad L. ult. C. de Edict. Div. Hadrian. toll. tradit Mundius in Tract. de Maner. & Honor. c. 2. n. ult. adeo, ut Dux Bavariae, cum vestigalia aliquando urgeret atque exposceret, Ordinibus vero & statibus id repugnantibus, & se in privilegio immunitatis fundentibus, inter Ducem & ordines Bavariae ad rebellionem fere perventum fuisset. Ideo jus obtinet in Marchia Elec. Brand. teste Schepliz. Consuet. Brandenb. p. 3. iii. 8. §. 13. & immunes ab hoc censu declaratos quondam fuisse cives Marchicos ab Electore Joachimo II. in recessu de ao. 1540 Sonntags Judica, refert Müller. in Pract. rer. forens. ipsiis verbis constitutio- nis & annexis confirmat præjudiciis, resol. 16. n. 9. seq.

§. XI. Quandoque foedere aut pacto inter civitates initio, subditu ab hac liberantur gabella; sicut der Elbingische Vertrag giebt jedem Würtemberg. Bürger einen freyen Zug/ vigore Tubingensis transactionis ao. 1514. Tubinga cum Duce Ulrico facta, & confirmata à Duce Christophoro, ao. 1551. §. damit auch der. Myler. *d. Statibus Imp. P. 2. cap. 63. n. 8. & 9.* Fürstl. Würtemb. Landes-Ordn. *iii. vom Bürger-Recht.* §. so einer. Non dissimili fruuntur beneficio cives Spirenses, Wormatienses ac Kizingenses. Gylman. *3. Symp. fol. 147. cit. Myler d.l.* Also haben sich des freyen Zugs mit einer. der verglichen der Herzog zu Würtemberg/ mit der Stadt Wimpfen / Landau / Nördlingen &c. Knipsch. *de Civit. Imp. l. 2. c. 20. n. 22.* Also hat Johann Conrad/ Bischoff zu Eystätt/ und der Rath zu Nürnberg wegen der Untertanen auff dem Lande sich verglichen/ so nicht zu verschloßenen Städten oder Marchstädten gesessen/ daß sie der Nachsteuer sollen befreyet seyn/ datt 12. Decembr. 1602. Besold. *Theſ. Pr. voc. Abſchöſſ.* Ejusmodi compactata inter se inierunt Illustriss. Comites & Barones de Promnitz, auff Plesz / Sorau / Criebel / &c. Civitas Thorunensis, Illustris Generalis Dn. Leschynsky, intuitu ditionis oppidique, der Polnischen Lissa/ imo tota fere Poloniæ, excepta unica Dantiscanorum civitate, cum Vratislavien-ſium Republica; prout semper ita obſervatum fuiffe, ex Patronorum certa relatione, quos omnia hac ſcire reipublicæ maxime interest, & aliunde percepit.

§. XII. Solent insuper immunes quoque ab hac reputari gabella, ii, qui ex una in aliam civitatem domicilium suum trans-ferunt, in una tamen eademque provincia, nec non sub domi-nio unius Principis sitam, quia hoc modo Domino remanent ſubjecti, neque per ſuum diſceſſum eidem damaum inferunt. Dn. Stryk. *de mutat. Domicil. cap. 2. n. 50.* Interim absolute hoc affirmare vereor; in Principatu enim Anhaltino, item & in Thuringia in viridi adhuc obſervantia eſſe, ut quilibet ex una praefectura in aliam vicinam, ejusdem Domini licet ſubjectam jurisdictioni, mutato domicilio res suas transferens, hunc nihilominus censum ſolvere teneri, ex continuatione Besoldi.

*voc.*

voc. Nachsteur / refert Dn. Coccejus *de censu emigr.* th. II. in f.  
 Tuciis itaque priora affirmare possumus, ubi certam de ejus-  
 modi obseruantia nanciscimur noticiam qualem exhibet Cru-  
 sius *de Jure detracit. cap. 15. fin.* qui quoad omnia verba annotavit  
*Rescriptum illud speciale, quo Ericus Junior. Dux Brunsvic. &*  
*Lüneb. ao. 1574. sub dato d. 9. Februarii. wegen des dritten Pfen-  
 nings/ subditis suis hanc libere ex una in aliam Ducatus civitatem  
 migrandi concessit libertatem.* Id quod provinciarum hæ-  
 reditarum contigit subditis, sub aliis protectioneque Imperat. in-  
 vietissimi degentibus: in specie vero de regno Bohemæ, Mar-  
 chionatu Moravia, Comitatū Tyrolinensi & Ducatu Silesia, ob-  
 venit. *Rescriptum Inv. etissimi Imperatoris nostri in forma pa-*  
*tente à supremo Ducatus Silesia Capitaneo ao. 1696. Breslau/ d.*  
*9. August. St. nov. publicatum, cuius tenorem non omnibus adhuc*  
*notum, maxime tamen scitu necessarium, hic inferam; verba a-*  
*lic se habent: Der Kdm. Keyserl. auch zu Hu garn/ u. d. Bö-*  
*heimb Königl. Majest: Obrister Hauptmann/ Wi. Franz Ludwig/ von*  
*Gottes Gnaden ic. ac. wie auch Canhler und Räthe bey der o. Königl. Ober. Amt*  
*im Herzogthum Ober und Nieder Schlesien. Entbieten ic. Und geben denens*  
*selben hierdurch zu vernehmen/welcher gestalt Iher Keyserl. und Königl. Maj.*  
*Unser Allernädigster Herr an Uns unterm dato Wien den 26 Aprilis dieses fort*  
*schreitenden Jahres Allernädigst rescribiret/ daß nach dem so wohl in dero*  
*Erb. Königreich Böhme und Margraffhum Mähren/ als auch Dero Gesfür-*  
*steten Erb. Graffschafft Throl/ sich bisher einige Causis ereignet; da bey denen*  
*tam ab int. statu quam testato gefälligen Erbschaffen die hinterlassene Erbstücke*  
*aus einem von besagten Dero Erb. Ländern in das andere schlechter dings nicht*  
*ausgeflossen sondern sothane Erben dann und wann einen Anspruch ob jas De-*  
*tractionis gemacht/ und also deficiente amicabili compositione endlich die Sas-*  
*che an Sie pro decisione allerunterthänigst gebracht worden/die selbe nunmehr*  
*so nach reisser der Sachen überlegung und aus denen darbey waltenden erheb-*  
*lichen Ursachen absonderlich aber/ wornit dero treugehorsamste Erb. König-*  
*reich und Landel bey ihigen schweren und Geld. Klemmen Zeiten nicht nochmehr*  
*beschwert/ essondern vielmehr einem jeden Einwohner derselbigen mit dem Sei-*  
*nigen zu disponiren, und seinem Nutzen aus einem dieser Erblände in das ande-*  
*re ungehindert zubefordern/ die freye hand gelassen mithin ad sustinenda onera*  
*publica deßtomehr fähig gemacht werden möge/ allernädigst resolviret/ zwis-*  
*schen gedachten dero Erb. Königreich Böhme/ Erb. Margraffhum Mähren/*  
*und diesem Erb. Herzogthum Ober und Nieder Schlesien an einen; dann Dero*  
*Gesfürsteten Erb. Graffschafft Throl/ am andern Theil/ die an ein; oder an-*  
*zro*

derm Ort wieder diese benente Erb-Länder reciproce etwa usitite Abzugs-Gebuer/ so wohl in Transferirung des Domicilii aus einem von diesen Erb-Ländern in das andere/ als auch Erbschaften/ Verchaffungen/ Anfällen/ oder andern; Gegebenheiten gänzlich zu cassiren/ und auß zu heben/ und das von bemelten Erb-Königreich und Ländern keiner/ so aus einem in das andere ziehet/ oder am Vermögen/ oder sonst quocunque modo etwas zu transferisieren gesonnen ist/ mit der Abzugs-Gebur in einige Wege noch Weise mehr beschwert/ sondern einem ieden freyen Einwohner das Seinige ohne zumuthung einigen Detractus herüber und hinüber zu führen/ salvo ceteroquin Iuri Regio, Camerali, Vectigalibus, & aliis, nec non herili, erlaubt seyn/ und bevorstehen sollte allergrädigest zu statuiren; allermäßen dieselbe auch solches vermittelst obangezogenen Dero allergrädigsten Rescripts und dieses bars auf gegründeten Patens in Vim Pragmaticæ allergrädigest gefestet und verordnet zugleich allergrädigest beschlende daß gehörige díssals/ deß obgedachte mögen aufgehobenen Juris Detractus halber/ zwischen diesen benendten Erb-Ländern ferner zur Publication zu bringen; darüber feste Hand zu halten/ und niemand darwieder beschweren zu lassen. Wann nun diese von Allerhöchst gedachter Ihro Kaysersl. und Königl. Maj. Dero getreuen Landes-Einwohnern hierdurch versilhene Gnade kund zumachen/wir solches per patentes im Lande publiciren zu lassen der nothdurft befunden; Als werden solchem nach obgedachte Herren Fürsten und Stände sich hinnach zurichten/ und bey sich etwa ereignenden Casu, da einer dieses Landes-Einwohner sich in die Graffschafft Tyrol mit seinem Vermögen oder erlangten Anfällen und Erbschaften begeben/ und sein Domicilium von hinaus dahin transferire wolte/ nicht allein von demselben kein Abzugs-Geld abzuwissen wissen/ sondern vielmehr darob seyn/ damit der gleichen von niemand absonderlich von denen Obrigkeit/ Instantien und Magistratibus wieder dieses Kaysersl. in Vim Sanctionis Pragmaticæ ergangene Verbot abs gefordert/ sondern einem ieden der freye Abzug obn einziges entgelt aus diesem Land in obbemelte Gesetzte Graffschafft Tyrol verstatet werden möge; gestalten allen und ieden freyen dieses Landes-Einwohnern solche Kaysersl. Gnade zu dem Ende hiermit zur öffentlichen Wissenschaft gebracht wird/ auf daß so sich in der vorfallenden begebenheit derselben zu prävaliren/ und wieder die Contravenientien schutz zu suchen wissen mögen. Zu Ihrkund ic.

S. XIII. Perspectis iis quantum licuit, quos vel immunes, vel huic oneri subjectos atque obnoxios locorum consuetudines aut pacta declarant, questio adhuc oritur, an Jus bac in causa Retorsionis locum habeat? putasi subditus Ducatus Brunsvic. & Lüneb. ubi receptum esse censum hunc emigrat. restatur die Fürstl. Braunschw. Lands-Ord. Conf. 37. vel Norimbergensis, Spirensis, Augustanus, Berlich. p. 3. Concl. 3. n. 7. Gail. lib. 2. Obs. 36. n. 10. aut alias civis Germaniae, quippe in qua fere tota

receptam esse gabellam dicit Dn. Vitriarius. *Inst. Jur. Publ. lib. 3. tit. 18. §. 40.* si dico, ejusmodi civis ex loco emigret, ubi hoc jus viget, in aliam provinciam liberam ab hoc onere Ducatum e.g. Würtemberg. & ex hoc iterum in priorem sese recipiat; nam Senatus vel Dominus posterior contra morem reptum decimam jure retorsionis a migrante & ad priorem civitatem redeunte, licite exigere queat? Ventilat hanc questionem in utramque partem Berlich. p. 3. *Concl. 31.* tandemque pro affirmativa conciudit, ex hac potissimum ratione, quia quilibet idem ius contra se admittere tenetur, quod in alios statuit, vel dici efficit; motus adhuc textibus juris quam plurimis, quo notatos adjecit. Eandem variis argumentis defendit sententiam Schmidt. *diff. de Censu emigr. th. 16.* His etiam consente videntur Thoming. *dec. 26. n. 37.* Modest. Pistor. *Conf. 1. n. 66. vol. 2. & Cothmann. Conf. 45. n. 98.* Contraria tamen placet assertio Knipsch. *de Civit. Imp. l. 2. c. 20. n. 17.* per Rec. Imp. deao. 1555. §. 24. ibi: wie es ein iedes Orths von alters anhero üblichen hergebracht und gehalten worden ist ic. & Rec. Imp. d. ao. 1594. §. 82. ibi: auch gewöhnlicher hergebrachter Nachsteuer ic. imo notam Ducatus Würtemb. consuetudinem, secundum quam, licer emigrantes a civitatibus Imperii, aliasque adjacentibus & in Ducatum hunc adventantibus, antiquo Magistrati pendere censem illum teneantur, a subditis tamen suis in illas se conferentibus, Dux vice versa aliquid exigere nunquam soleat. Consentit die Instruktion superiorius ex Dn. Ringk. *Progymnas. jur. citata*, einer Fürstl. Regierung / ibi: es wäre denn / daß die von Uns ausziehenden / sich an solche Orthe begeben / woselbst dergleichen Abzug nicht gebräuchlich / oder von denen die zu Uns zi hen / nicht gefordert werde; auff solchen Fall bleiben Sie darmit billig verschonet. Esset denique ejusmodi retorsio realis execratio in propria causa, contra non auditum, neque defensum, imo & ultiō; quam de jure non admitti, per *l. nullus 14. C. de Judeis & Celicis.* vel ideo solum, quod fenestram turbandæ pacis publicæ aperiret, putat Schwannera. *de Jure derradi. & emigr. cap. 7. n. 4.* vide tamen *P. 3. Conf. Elec. 38.* ibique Carpzi.

*def. 19. & Müller, in Pract. rer. forens. resol. 1. n. 10. seqq. conf. in specie Dn. Crusius, de Jure emigr. cap. 17. per tot. latius.*

S. XIV. Ipsam autem quod concernit detractionis hujus quantitatatem, incertam plane esse, neque ubivis locorum eandem, sed secundum illorum consuetudinem variare, omnes qui de hac materia quicquam scripserunt, perhibent: eaque de causa probe statuta & consuetudines cujusvis loci, suadent ut inspiciantur. Quandoque enim decima pars deducitur, ut Francofurti, Bambergæ & in Palatinatu notat Myler *de Stat. Imper. P. 2. c. 63. §. 14.* & Hamburgi, Dn. El. Aug. Stryk. *de domicil. mut. cap. 2. n. 65.* & in Ducatu Würtemb. Fürstl. Würtemb. Landes-Ord. fol. 7. Unde etiam der zehnde Pfennig vulgo vocatur. Quandoque quindena, ut in Marchia Brand. Myler. *d.l. i. bique Wehner Obs. Pr. voc. Nachsteur.* vigesima, trigesima, tertia, & quarta non nunquam pars bonorum relinqui debet. Crusius, *de Jure detract. cap. 15. n. 2. seqq.* Auget enim atque minuit quantitatem hujus census 1. ratio seu conditio reipublicæ, si illa magnis onerata sit debitibus, sicut ex cit. superius & nec Fürstl. Reg. girungis *Instruktion*, patescit. Item si bello sit implicita, si patria defendenda est, & opera publica facienda & reficienda. 2. ratione patrimonii emigrantium, cui hic census esse debet proportionalis: servandam enim hic esse proportionem Geometricam, non Arithmeticam, ipsa dicitur ratio, & adscriptio facienda pro viribus singulorum. 1. 2. C. *de Oper. publ.* & pro modo fortunarum. 1. 1. C. *de mun. patrim.* 3. rat. temporis, ubi monetae valor tempore emigrationis & solutionis est attendendus. Kœppen *dec. 5.* & bonorum inspiciendus. Schmid. *de censu emigr.* tb. 22. Imo in quamam moneta, antiqua, an nova gabella detractionis solvenda sit, prolixe admodum inquirit Crusius *loc. cit. cap. 16. per totum.* Quo vero ad diversam iterum redeamus quantitatem, in republica patria, augeri atque minui illam scio, pro patrimonii abitientium magnitudine vel parvitate, absque ulla certa quotæ determinatione, quod singulare est; postquam enim migratus mediante juramento patefecit Magistratui atque estimavit patrimonium suum, quod facere tenetur arg. 1. 2. pr. C. quand.

quand. & quib. part. pars. ibique Brunnen. Klock. d. Contrib. c. II. n. 61. adeo, ut si in professione vel estimatione bonorum suorum quedam reticuerit, vel minoris estimaverit, quam æquum videtur, vel communis sit valor, fisco seu Magistratui jus competit estimationem offerre, bonaq; talia ad se pertrahere, Knipsch. l. 2. c. 20. n. ult. Coccej. de Censu emigr. th. 14. fin. Vratislavæ dico im Pausch- und Bogen/ seu per aversionem überhaupt/ censum persolvere necesse habet, & recte quidem: quoniam enim reipublice interest, multos eosque divites habere cives, emigrationibus autem frequentioribus numerus civium non minuitur solum, sed etiam bono publico multum detrahitur, ideo ne tam frequenter, in detrimentum plerumque civitatis abeans, non iniquum est, si hæc facultas remedio quadam, quandoque licet duriori restrinatur. Illustr. Dn. de Rhetz. diff. Jur. publ. II. de Emigr. cap. 3. n. 6. Dn. Fritsch. Exerc. Jur. publ. p. 2. diff. 4. §. 5. cuius effectum variis exemplis comprobatum adducere possem, nisi brevitatis atque raciturnitatis habenda esset ratio.

§ XV. Dicant ergo quid velint, injusta, odiosa, atque exorbitantia esse emigrationis & detractionis jura, nec statuto aut consuetudine in civitatem reducenda, per l. fin. C. de Edict. Div. Hadr. toll. Kœppen. dec. II. n. 10. Berlich. p. 3. Concl. §. 2. n. 60. Tusch. lit. G. concl. 3. n. 1 seq. & concl. §. n. 5. sequi. Rauchbar. part. I. qv. 17. n. 26. sequ. æquissimum tamen manet, præter allatam assertiōnem, in compensationem imminuti hoc modo tributi, hunc censem omnino peti posse; ne scil. in totum destituatur respubl. iis bonis, quæ commoda hæc tenus atque incrementa perceperunt per defensionem, securitatisque præstationem civitatis. Dn. Coccej. de Censu emigr. th. 8. optimo exinde jure honorarium aliquod Magistratui in redhōstimentum præteritæ defensionis, & in solatium vel pensitationem imminuti tributi, emigrantes ut solvant, compelli possunt. Pruckmann. Consil. 48. n. 13. adeo, ut refractarios actionibus, arresto, mulcta, manu militari & custodia, Magistratus ad solutionem adigere queat; prout prolixè demonstrat Dn. Coccej. d. l. th. 15. per 101. per Constit. Imp. de ao. 1549. q. und se vil ic. Statuta autem hoc jus approbantia æquissima esse, in specie afferunt Zasius.

CAP. V. DE ONERIBUS

<sup>90</sup> in l. 2. ff. de O. J. Thoming. decis. 27. n. 37. Cothmann. Consil. Acad. 19. Knipsch. l. c. lib. 2. cap. 20. n. 12. Mylerus de Stat. Imp. P. 2. c. 63. §. 2. Gail. lib. 2. Obs. 36. n. 9. Oleum proinde operamque perdere censet Schwanem de Censi emigr. cap. 2. n. 22. seq. damnumque sibi aliquis creare illos, putat, qui in tanta luce contra adhuc disputare & laborare admittuntur, cum Imperii Constitutiones ejusmodi statuta & consuetudines diserte approbent & confirment, verba que textus aperta sint atque clara: e. g. in Rec. Imp. d. 20. 1555. S. two aber Unsere w. Instrum. Pac. Osnab. Art. 5. §. 37. Capit. Leopold. §. 3. in med. Si modo hujus gabelæ exactio sit modica. Qua si simul limitatione l. cum satis 23. §. caveant. C. de agricul. & cens. hic objici solitam, explicatam volo.

S. XVI. Jam recurramus iterum ad superiora, ubi dixi, in-  
cumbere civiabitum paranti, ut paratus sit, si magnum forte con-  
tractum sit & aliam in presens, partem suam simul exsolvere.  
Grotius de J. B. & P. lib. 2. cap. 5. §. 24. Pufendorff. de J. N. & G. lib. 8. c. 11. nach ihrer bi her zu zahlen gewohnten Steuer / uti con-  
sentient, Bald. ad l. 1. §. neque societas. n. 5. ff. quod cuj. univers.  
nomine. Nicol. Losæus. de Jure univers. part. 3. cap. 9. n. 26. Ber-  
lich. p. 1. concl. 76. n. 28. Fritsch. de resignat. cap. 9. n. 15. & Zahn.  
Technog. Jur. municip. cap. 14. n. 34. & naturalis suadet æquitas, ut  
qui commoda senit, onera quoque atque incomoda sustinere  
d. bet. l. 10. ff. de R. I. l. un. §. 4. C. de caduc. toll. Itaque causa  
contrahendi ex alienum omnes cum tetigerit cives, æquum est,  
ab omnibus singulisque ex solvi, arg. l. ult. C. de autor. præst. Ad  
observandam porro inter cives æqualitatem, hæc pro rata debiti  
facta solutio maxime conductit, ne unus altero magis vel minus  
prægravetur, vel soi remanentes conferre teneantur; Facit hue  
l. 34. ff. ad municip. & arg. l. 1. pr. §. 1. & 2. ff. de pæn. Attamen con-  
traria Mundio Vol. 1. Consil. 25. & in Tr. cl. de muner. & honor. cap. 1.  
n. 319. arridet opinio, consentientibus Colero, Gylyman. Gilken.  
aliisque ibi allegatis: quia disparata, inquit, res publica & cives  
sunt, & quod debent cives, res publica non debet, & vice versa.  
l. 7. §. 1. & ibi Gothofr. in not. ff. quod cuj. univers. nom. Eamque  
cit. Consil. 25. n. 76. sequ. ventilaram suisse questionem in civitate  
Egrana suo tempore refert, & Mense Julio anno 1628. Pragæ et-  
iam

iam a Locum tenentibus Cæsareis & Deputatis ad confiscationem Consiliariis & Commissariis iterum motam, sed utroque casu semper pro negativa, ut æquiori, quæstionem decisam fuisse. Sed vereor ne generalis illa negativa assertio odiosa, & civitatibus noxia evadat: hinc tutius mihi procedendum erit; quod fieri optime poterit, si consideremus tres casus: 1. quidem, an civis ex tali emigret civitate; quæ ab ære alieno durante jure civitatis contracto, ex publico feso liberare patrimonio valet. An vero 2. ex tali, quæ nullis omnino communibus bonis, vel 3. denique ex tali, quæ hujusmodi bonis instructa quidem est, sed ad æris alieni solutionem minus sufficientibus, migrare civis cupiat? Cæliberrimi Dn. Harprecht, *diss. de ære alieno civit. a cive nov. & migrant. solv. cap. 4. §. 26.*

§. XVII. Hos suo ordine ut ponderemus, primum quod attinet casum, sine ulla detractione, vel partis honorum retentione civem migrare posse, nemo est qui negat: licet civitas vel Senatus veteranique civium illam repræsentantes, singulorum concivium personas atque bona specialiter obligaverint; quo casu, si creditores in civium aliquem conjecterint manus, (quod ipsis contra singulos tali casu competere, probat Peckius, *de Jur. l. f. c. 4. n. 17. & Mev. p. 3. dec. 229. n. 2.*) damnum civi arrestato inde illatum, ex communi ærario, vel aliunde ipsis refundi, æquum est. Richter, *vol. 2. Conf. 244. & decis. 71. n. 12.* Klock, *d. Contrib. c. 19. n. 33. sequ.* quia pecunia ab omnibus licet & singulis civibus, vel per Syndicum speciali instructum mandato, mutuo sit accepta & in usum universitatis versa, cives tamen feso non ut privatos vel nomine proprio, sed ut universos obligare voluisse præsumuntur, adeoque ex civitatis publico ærario debitum disfolvi oportet. Dn. Præfes *de Civit. oberata. c. 3. n. 46.* Imo cives & Senatores consentientes & subscribentes solum, non etiam reliquo s' tunc obligari, putat Kœppen, *dec. 60. n. 22. seqq.* ita, ut nec executive contra cives procedi possit, antequam civitas prius excutiatur. Dn. Præf. *cit. diss. c. 3. n. 54.* Carpz. *P. 1. C. 30. D. 12. & 25.* Summa etiam obstat æquitas huic solutioni, quia migrantes pauperiores, remanentes vero locupletiores exinde eva-

derent, Mundius. *d. Conf.* 25. *n. 124.* Detractio postmodum cum dicatur imminutionis compensatio, iniquum esset, si præter illam aliud quid adhuc relinquetur, seu bis aliquid exigeretur, id quod bona fides nullatenus patitur. *1.57 ff. de R. I.* Imo per hoc libertas illa emigrandi civibus adimeretur per indirectum. Mev. *ad Jus Lubec.* *lib. 2. tit. 2. art. 4. n. 12.* Cothmann, *resp. Acad.* 19. *n. 20.* Deniq; assertum comprobat Zenoniana illa constitutio in *Lam. C. ut nullus ex Vican. pro alien. Vican. debit. teneatur.* que grave dicit esse, non solum legibus, verum etiam æquitati naturali contrarium, pro alienis debitis alios mol. stari.

§. XVIII. Sequitur casus secundus, an nempe civis prorata solvere teneatur aliquid ad solutionem eris alienia civitate contra ei, si civitas nullis omnino communibus bonis ad solutionem totalem sufficientibus in structa gaudeat? Sed nequ: hoc casu executive statim contra singulos civium experiri posse Creditores iustitia suadet, & DD. tuetur sententia, sed ad collectas potius civitatem adeo depauperatam recurrere debere, quod licitum esse ad debiti adjuvandam solutionem, reliquos inter Petr. de Ubaldis *in Tract. de Collect. Princip.* *n. 1.* Klock. *de Contrib.* *c. 5. num. 113.* Knipicb. *d. Civit. Imp. lib. 5. c. 6.* Koeppen. *dec. 60. n. 12.* & *dec. 61. n. 15.* consentiunt: quorum opinionem prejudio confirmat Richter. *decis. 71. n. 1.* Hinc cives etiam, cum publicum tributum exsolvendum est, si emigrare tentent, ad suam solvendam & relinquendam portionem adigendos esse,clare demonstrant. Conring. *diff. de Cive.* §. 24. & Dn. Fritsch. *Exerc. Jur. publ. p. 2. Exerc. 4.* §. 56. Dicis, quid si vero ipsis civibus curta ad modum adsit suppellex, & maxima illorum pars notoria laboret paupertate, reliqui insuper redditus civitatis penitus sint exhausti? Ad beneficium tunc cessionis bonorum eam ipsum configurere posse civitatem existimat Mevius *in discuss levam obserat. debit. cap. 5. n. 205 seq.* vel paucis exceptis, de quibus videatur Dn. Praef. *d. Civit. obserat. c. 4. n. 44.* & quod eodem fere recidit, ad Judicium concursus creditorum. B. Brunnem. *de Concurf. Credit.* *cap. 1. §. 5.* Sed regeris: Hoc autem modo Creditoribus ut satis fiat mihi persuadere nequeo? Resp. Melius est, ut universa civitas debitrix remaneat, quam singuli

ci-

civium pro rata; sic enim, maneat civis, vel emigret, utroque ta-  
men casu permanet adhuc debitrix Civitas, adeo ut reliquum  
semper adhuc ab ipsa expectare queant Creditores arg. l. 4. l. 6.  
¶ 7. ff. de Cess. bon. Dn. Præses. d. cap. 4. n. 95.

§. XIX. Alia denique ratio est, si scilicet ipsa quidem Ci-  
vitas sua debita solvere velit, bonis etiam instructa sit, interim  
tamen ad solutionem non sufficientibus, cogatur ad complemen-  
tum summae vel residuum, Collectas Civibus suis indicere. Tunc  
enim summa æquitate & ex debito atque decoro civem hoc præ-  
cise tempore emigratum, ad solutionem prorata facultatum  
suarum teneri, imo ad hanc ideo compelli posse solutionem, luce  
meridiana clarius est. Dn. Harprecht, d. diss. de ære alien. ci-  
vit. a civ. nov. & migr. solv. cap. 4. §. 52.

§. XX. Coincidit hæc decisio cum illa, quæ ad quæstionem  
reponi solet, an civis emigrans ad solutionem pro rata adigi  
queat debitorum, quæ ipsa quidem civitas, sed tam in singulorum  
suarum civium, quam in totius corporis commodum, vel ad da-  
mnum ab omnibus avertendum, contraxit: ubi tali casu justissi-  
me sub suum discessum, ut conferant cives, compelli posse, late  
ostendit Dn. Harprecht, loc. cit. §. 48.

§. XXI. Idem fere obtinet si civis eo tempore, ubi pu-  
blicum tributum exolvendum est, civitate emigret. Interim ta-  
men ad huc distingui solet, utrum civis emigrans Juri Civit. legi-  
time renunciaverit & censum simul emigrationis solverit, nec  
ne: Illo casu civem, qui abiit, à collatione immunem esse, æquitas  
suadet, quia domicilii mutatio cum civem eximat a Jurisd. Ci-  
vatis à qua recessit, non amplius per consequens ad onera tene-  
tur, præsertim si solverit censum emigrationis. Wehner. Obs.  
Pr. voc. Bürger. Imo collectus exigere, alium denotat jurisdic-  
tio, qui exerceri in non subditum nequit. conf. Fritsch. Exerc.  
Jur. Pupl. part. 2. Exerc. 4. §. 60. Posteriori vero casu, si nempe  
Jus Civit. non adeo legitimate civis aliquis resignaverit, neque pre-  
tium de migrando debite exfolverit, utique teneri, atque por-  
tionem ut conferat suam, adigi posse, nemo non videt: quoni-  
am hoc utrumque quamdiu non fit, ipse quoad commoda & in-

com-

CAP. V. DE ONERIBUS.

94 commoda cives perpetuo remanet; sicut Cap. sequenti ultimo sum demonstraturus, & reliquorum civium instar obligatur: etiamsi post abitum nulla amplius percipiat commoda. Mev. ad Jus Lubec. P. 1. tit. 2. art. 2. n. 75. seqq. Dn. Harprecht. d. diss. loc. cit. Dn. Fritsch. d. Resignat. &c. cap. 9. n. 20.

§. XXII. Observari idem quoque solet collectis jam iam indicatis, ubi tamen videndum, an collecte indicatae sint per solvendae pro futuris necessantibus, an pro præteritis. Si illud, idem dicendum est, quod paulo ante ad primum casum responsionis loco dedit, tunc non conferre debere civem emigrantein, quia futuris reipublicæ commodis qui frui non cupit, ejus ex adverso oneribus etiam subjugari non debet. Mev. d. l. P. 2. tit. 3. art. 2. n. 30. Gil. lib. 2. Obs. 36. n. 7. Si vero indicatae sint pro necessitatibus præteritis forte solvendis, alia quæstio est, neque ullum hoc casu liberari civem, justum & æquum est. Veilent quidem nonnulli levamen atque refugium querere ad solutionem Collectæ tali casu adactis, quando examinandum esse dicunt, an tempore emigrationis & factæ resignationis cuilibet civi sua portio sit jam assignata, vel non. Hoc ultimo casu liberari eos posse autumant, sed falso; nam utroque casu emigrans suam conferre tenetur portionem, assignata ipsi sit, nec ne; modo dies tributi solvendi cesserit, vel Consulibus denunciatum fuerit, quod certam summam civibus suis indicare, & inter illos distribuere debeat. Mev. d. art. 2. n. 29. Simon. de jur. migrat. cap. 1. th. 3. n. 7. fin. Zahn. Ichnogr. Munic. cap. 85. n. 6. adeo, ut in generetali casu attendendus non sit terminus actualis exactionis, sed impositionis. Bocer. d. Collect. c. 11. n. 8. fin. Surdus. Consil. 146. n. 22.

§. XXIII. Quod etiam procedit in iis, qui ex tali emigrant civitate; ubi ab omni detractionis vel alio onere immunes, liberum sortiuntur discessum, imprimis si Collectæ pro debitis vel necessitatibus indicatae fuerint præteritis; puta, si frumentum in annone calamitatibus aliena pecunia coemere civitas adacta fuerit. Dn. Harprecht. d. l. c. 4. §. 39. Limitat tamen hanc assertiōnem Dn. Lauterbach. d. disserr. th. 45. n. 5. modo aliquid ex coem-  
pto-

pro tum temporis frumento etiam per eperit; alias ad contributionem nullo adig posse modo, dicit.

§. XXIV. Interim hic, uti & in antecedentibus dictis omnibus, non præcise quid Juris communis vel æquitatis naturalis suadeat ratio, tantum videndum est, sed optime quilibet facit, si in indagandis iis, quæ hic vel illic obtinent, locorum & civitatum consuetudines atque statuta tempus quo fieri debet solutio, circumstantias & alia ac accuratio rem investigationem veritatis necessaria, ponderer, & si fieri potest, probe perlustret. Inveniet enim tantam Jurium Consuetudinumque diversitatem, ut tuto aliiquid afferere vel destruere in genere, periculosum esse deprehendet.

§. XXV. Ne vero plene abeam ad hoc scitu, necessaria, & utilissima materia, quæri adhuc solet, an civis tali casu emigrans, portionem banc suam ad debita civitatis perfolvenda ad ipso exactione, ut & censum emigrationis, per compensationem solvere queat? puta si abituriens civitatem debitricem habeat, quo vero comodius censum & alia debita solvere valeat, schedulas debiti atq; credit offerat Magistratui, urgeatque compensationem? Quod ipsum ponderatis dubitandi, & annexis respondendi ac decidedendi rationibus, optime fieri posse, tuerit Dn. Harprecht, cit. diss. cap. 4. §. 40. sequ. ad quem L. B. remittere cupio.

§. XXVI. Per solutis ita debito modo civitatis debitibus, consequæ emigrationis, restat, ut de onere quibusdam in locis migrantibus imponi solito, brevibus dispiciamus; quod in eo consistit, quando civis renuncians juri civitati a Magistratu suo literas testimoniales, Abjugs Briefes/ sibi comparare, atque de iis prospicere tenetur, hoc potissimum effectu, ut eo citius in aliam recipi queat civitatem, absque ulla injusta desertionis suspicione, metuque, ne ipsum sequantur debita civitati priori nondum persoluta. Imo quo constare eo melius possit, honeste illum istuc loci, unde recessit, vixisse, bona gratia discessisse, vereque eum dimissum esse, Schepeliz. *Consuet. Brand. p. 4. tit. 14. S. 1. n. 2. Befold. Thes. Pract. verb. Bürger.* Legitime itidem

natum, nec ullius Domini hominem se esse proprium, daß er recht und frey gehorchen / und niemand eigen oder laß sey / ihm auch auch innerhalb 3. Jahren keine Schulden / dadurch die Stadt beschweret werden möchte / nachfolgen sollen: prout loquitur Hering. *Traß. de Fidejuss. cap. 5. n. 33.* Consentit Dn. Myler. ad Rumelin. A. B. part. 2. diff. 5. Concl. 3. lit. a. ibi er sey den seines vorigen Bürger Rechts erlassen / und bringe sein Bürger- Recht mit ihme ic. Obtinet, atque inviridi adhuc observantia hec repetitur consuetudo in Marchia, ubi inter civitates & nobiles per Recessum Provincialem de 20. 1538. festo Michaelis, ab Electore, Joachimo II, constitutum est; ne rusticus in numerum ci- vium sine nobilium literis Rundschafften recipiat, his potissimum verbis: Als wollen wir hierin ernstlich allen und jeden Unsern Städten und Ambteuthen / bey Vermeidung Unserer ernsten Straffe und Ungnad / befahlen haben / daß sie keinen für einen Bürger oder Unterthanen annehmen / er bringe denn von seiner Herrschaft / darunter er zuvor gewohnet / Abzugs-Brieffe / und daß er sich von ihme entbrochen / und mit Wissen und Willen abgeschieden ic. Id ipsum iisdem fere verbis ab Electore Joh. Georgio in Recessu Mohnags nach Viti 1572. §. nach dem Uns. & Electore Joachim Fridrich. in Recessu die 11 Martii 1602. §. 15. repetitum fuisse atque renovatum, & secundum hanc con- stitutionem Dominos Camerales pronunciasse; Imo omnia haec reciproce etiam intelligenda esse, interque ipsos Nobiles locum habere, adducta sententia in Camera lata, meino- riæ prodidit Dn. Müller. *Resolut. Pract. forens. resol. 18. n. 21. sequ.* In Saxonia etiam idem jus reperitur introductum per Elect. Joh. Georg. I. vid. *Gesinde. Taglöbner und Handw. Ordin.* 16. I. tit. 5. §. 1.

§. XXVII. Denique si lis cum emigrante contestata, vel ipse item contestatus, vel judicium coemptum fuerit, quia rite omnia haec peragere debet, per text. in c. 39. X. de foro compet. l. 7. ff. de jud. antequam abeat, pignoribus vel fidejussoribus ut caveat, æ- quam justumque est, semel copta coram judicio fideliter atque

con-

constanter se prosecuturum, atque coram judicio antiquo, quan-  
docunque necessum erit, se esse compariturum.

S. XXIX. Itidem cavere tenetur, semper se adfuturum  
prompte, si rationem scientiamque illarum rerum edere a civita-  
te citetur, quæ tempore suo contigerunt, vel quarum rerum opti-  
mam ipse haberet notitiam atque certitudinem; Sicut hoc asser-  
tum luculenter comprobat d.l.7. de Judic. nec non in Ducatu  
Würtembergico ita ordinatum esse, die Fürstl. Würtenb. Landes-  
Ordn. fol. 5. ibique Lindenspür. fol. 16. n. 29. sequ. perhibent. conf.  
Knipisch. l.c. c. 29. n. 164. Contentit quoque Statutum Reip.  
Argentinensis, teste Schmid. de censu emigr. th. 28. his verbis:  
Es soll aber derjenige / so also seines Bürger-Rechts erlassen wird/  
schuldig und verbunden seyn / auch so bald mit Hand gegebenen  
treuen an Eydesstatt geloben und versprechen / vor Uns Meister  
und Rath oder wo hin wir das w.isen / umb alle diejenigen Sa-  
chen und Händel / so in wehrenden seinem Bürger-Recht sich bes-  
geben und zu getragen / ob er darumb allbereit angefordert werden  
möchte / recht zu geben und zu nehmen / und dessen in allewege ge-  
währtig und gehorsam zu sein / ohn alle Gefährde. vid. der Stadt  
Straßburg Bürger-Ordn. Tit. vom Bürger-Recht auff sagen.  
Hæc, ut naturali æquitati valde consentanea, reliquis in locis licet  
statutis a civi migrante non exigantur, ut ea præstet, quo cunque  
tamen tempore ad hanc promissionem, tanquam medium salutis  
publicæ conservandæ ergo institutum adigi posse resignantem,  
arbitror.

S. XXIX. Sed de oneribus hucusque resignantium dicta  
sufficiant; restat, ut ultimo tandem loco caput ultimum ne ne-  
gligamus, inque eo de effectu ejusmodi resignationis perfectæ,  
sumus adhuc paucis solliciti; id quod eo melius ut fieri quest.  
sic

## CAPUT VI. De Effectu Resignationis.

N<sup>o</sup> 2

Effectu

- CAP. VI. DE EFFECTU
- 98  
**E**ffectus resignationis alius est, si justa & licita, alius, si injusta atque illicita præcesserit resignatio. §. 1.  
**Q**ualem sortiatur effectum in-justa illa atque illicita, expo-nitur. ibid. & §. 2.  
**Q**uid si homo proprius vel glebae adscriptus resignare velit? §. 3.  
**R**emanet subditus qui illegiti-mo resignat modo. §. 4.  
**N**ullum producit effectum præsumpta illa seu tacita res-gnatio, si animus deficiit res-gnandi. §. 5.  
**Q**uali gaudeat effectus resignatio legitima, omnibusq; modis ab-soluta, traditur in §. 6. & 7.  
**Q**uid juris obtineat in Scholar-i-bus discedentibus? §. 8.  
**Q**uid in civi originario? disqui-ritur §. 9.  
**L**iberat resignatio ab incommo-dis, eneribusque civitatis fu-turis, §. 10.
- Q**uid sint munera Personalia?  
 §. 11.  
**Q**uid Patrimonialia? §. 12.  
**Q**uando & quomodo in totum ab-bis liberetur resignans? §. 13.  
**Q**uid sint munera civium mix-ta, dicitur §. 14.  
**T**enetur tamen renuncians, et-iam post resignat, intra certū tem-pus coram Magistratu comparere priori, & ad qua-esta respondere. §. 15.  
**J**udicium semel cæptum finire debet. §. 16.  
**R**atione contracuum ibi cele-bratorum, ut & ratione re-conventionis, conveniri sem-per poterit in priori civitate renuncians. §. 17.  
**F**acta resignatione legitima, eo ciuis quis in aliam recipi potest civitatem, quia pro ex-traneo postmodum illic repu-tatur. §. 18.  
**E**pilogus totam claudit disser-tationem.

§. I.

**D**ixi superius, cum in Cap. 4. de forma resignandi legitime sermo esset, non omnibus, neque ubique, nec quoconque tempore licitam eam esse, sed quandoque restringi vel prohi-beri; necessum itaque erit, antequam ad effectum resigna-tionis deveniamus legitimè & omnibus modis perfectè, hic prius dispiciamus, qualem effectum sortiatur resignatio prohi-bita, vel non debito modo instituta, utputa: si civis contra vo-lun-

Iuntatem domini Superioris, vel Magistratus sui consensum, ex civitate, civium forte indigente numero, vel alias in angustias redacta, intempestive, fraudulententer, atque in detrimentum totius Reipublicæ emigrare contenderet; hoc enim casu, cui adiungi poterit, si quis peculiari vinculo fuerit obstrictus, vel quis pacto ad commorandum in certo loco sese obstrinxerit; de quo vid. Grotius *de Jur. Bell. & Pac.* lib. 2. c. 5. §. 24. & Dn. El. August. Stryk *de domicil. mut.* c. 4. n. 15. seq. in illum semper adhuc, prævia licet renunciatione expressa vel tacita, Jus civit. manet, vid. cit. quibus illos, qui contra civitatis illius leges migrarunt, vel bona adhuc immobilia, præfertim sub ipsius possessione, annumerat Pufendorff. *de Jur. Nat. & Gent.* lib. 8. cap. II. §. 3.

§. II. Certum quippe est, nullum subditum se ipsum eximere posse imperio Principis sui, regiam etiamsi nanciseretur dignitatem; cuius asserti in exemplum B. rbarius Philippus aliquomodo hic esse poterit, homo servilis conditionis, qui Prætorum urbanam sua sibi cum peperisset virtute, Domino vero per id inferret præjudicium, per l. 3. ff. *de Offic. Prætor.* opus exinde habebat, cum à Domino vendicaretur, cum ipso pro libertate transigere. Suidas in *Lexic. verb. Barbarius.* Imo ulterius notat Bodinus, quodsi invito, aut non consentiente Principe, alterius imperio se ipsum subjecerit, ab eoque ascitus sit in Civem, nihilominus Principi suo æternam in illum auctoritatem supereffe, ac Jus prehensionis, ut in servum fugitivum, etiamsi ad se Legatus venerit a novo Principe missus.

§. III. Idem multo magis obtinet in Civibus vel subditis inferioris conditionis, imprimis hominibus nostris propriis: mutet horum aliquis domicilium, renunciet Domino superiori & aliorum se transferat; oneribus tamen semper subjectus remanebit, neque ab iis per suum liberabitur discessum, & Domino Jura qua in eum habebat, quoconque etiam in loco fuerit, salva manebunt atque integra. Husan. *de Homin. prop. c. 2. n. 22.* Mev. *ad Jus Lubec.* lib. 1. tit. 3. art. 3. & *pecul. Trad. vom Zus.*

## CAP. VI. DE EFFECTU

stand und Absforderung der Bauern. Stamler. *de Servit. person.* l. 3.  
*p. 20.* adeo ut eosdem quocunque in loco fuerint, repetere possit.  
 Hahn. ad Wesemb. *sit. ff. de stat. homin.* imo propria authoritate  
 apprehendere, si nondum ab aliis possideantur, Dominis liberum  
 relinquitur. Gail. *d. Arrest.* cap. 8. n. 17. Mev. *d. Traß.* Inter  
 effectus enim renunciationis in genere referri solet, quod renun-  
 cians Juri resignatio amplius frui nequeat, sed hoc ad illum, cui  
 renunciatur, transferat. *l. cum quidam.* 26. *C. de administr. tut.*  
 Menoch. *Consil.* 16. n. 15. & quod ipsa resignatio declaret Jus re-  
 nunciatum antea renuncianti competitiss; quia resignatio qua-  
 dam privatio est, quæ habitum presupponit. Claud. Cantiunc.  
*Consil.* s. n. 17. Menoch. *Cons.* 658. n. 1. Ast dicat mihi aliquis,  
 hominibus propriis ante tale Jus competitiss, cui jam renuncia-  
 re volunt, cum ergo huic se destitutos agnoscere necesse habent,  
 illud quod nunquam tenuerunt, resignare minime poterunt.  
 Hinc etiam eo facilius illos dimitto, & tutius atque melius hic di-  
 stinguendum esse, autumo cum Buxtorff. *ad A. B. th.* 99. in fin.  
 inter servos & liberos homines, seu ingenuos: illos per *l. 1. & 2.*  
*C. de serv. fug.* sicut & adscriptiios per *Text.* in Nov. 17. cap. 14.  
 revocari posse, liberos vero non item; addo, si debito modo &  
 prævia resignatione solenni, vel tacita etiam atque præsumpta in  
 loco emigrationis recepta atque concessa, discedant: alias enim  
 subditus nihilominus remanet, contra eum Domino compe-  
 tit actio ad vendicandum illum, proue non de hominibus illis  
 solummodo propriis, allegati DD. sed in genere de omnibus sub-  
 ditis perhibent. conf. Cravett. *Conf.* 241. n. 7. & *Conf.* 973. n. 31. &  
 35. Matth. Stephan. *de Jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 2.* n. 130. quod  
 in specie de civibus proprio sic dictis fraudulenter auffugienti-  
 bus, late satis demonstrat Arniseus *lib. 1. politic.* cap. 8. *Seit.* 8. Non  
 tamen hic negligenda sunt, quæ superius cap. 4. §. 15. adjeci, casus  
 certos, quibus emigratio liberior relata est hominibus in Impe-  
 rio nostro propriis.

S. IV. Præter sed hæc dicta, subjectos absque ulla manere  
 iuria oneribus publicis ejusmodi contra leges migrantes, ita  
 ut

ut licet diu absfuerint, ad residua tamen onera compelli queant, et si Juribus & commodis Civitatis non fruantur, postquam eam deseruerunt, testantur. Mev. ad *Jus Lubec.* l. 1. tit. 2. art. 2. n. 75. seqq. Struv. *Syntag. Jur. Civ. Exerc.* 50. th. 59. Si enim imperfæcta & nondum acceptata quælibet etiam renunciatio invalida est atque infirma; Enenckel. *de Privil.* lib. 3. cap. 16. n. 6. & ult. multo magis hec, modo plane illico vel prohibito, contraque leges facta resignatio, nec non Magistratui vel plane non oblata vel ab ipso justis de c. usis nondum acceptata: hoc enim casu omni de- stituitur validitate, & perfectione, adeo, ut repudiata illa, inju- ste resignantem adjuvare nequeat, vel subjectioni atque oneri- bus civitatis illum jure eximere valeat. De cætero nullum pla- ne sortiri effectum illam resignationem, si Cives ea non præsti- terit, qua ad renunciationem more majorum, vel ex statutis ci- vitatis requiruntur, ex verbis cit. Gail. d. 19c. n. 10, colligi, at- que sine ulla defendi potest difficultate.

§. V. Nullum porro producit effectum præsumpta illa at- que tacita resignatio, quando quis alio in loco per tempus degit, citra animum tamen perpetuo ibi manendi, sicut Cap IV. pro- lixius demonstratum fuit. Multo minus illa, qua civis ex civita- te descendens, iura sibi reservat civitatis, & Jurisdictionem lo- ci, unde migravit, porro agnoscere spondet. Mev. ad *Jus Lub.* l. 1. tit. 2. art. 2. n. 80. & 82. Et ab iis omnibus facta, quos vel pla- ne non potuisse, vel non debito modo, tempore & causa renun- ciare, dicto Cap. IV. ostendi, ad quod brevitatis causa Lect. ben. remitto.

§. VI. Sequuntur justo ordine ii, qui secundum leges suæ cujuscunque civitatis, juri sibi antea competenti civico legitime renunciarunt, & domicilium per emigrationem aliquos transstulerunt, facta sit illa resignatio expresse, per animi coram Magistratu necessariam declarationem, vel tacite, per actum concrarium animum mutandi civitatem denotantem, in iis po- tissimum locis, ubi libere admittitur civibus illa ipsa facultas; nunc in subsequentibus visuri, quam fortius etiam effectum legitima ejusmodi atque perfecta omnibus modis resignatio. Est

## CAP. VI. DE EFFECTU

auctem primus Renuntiationis effectus, privatio ejus Juris, quod à le abdicavit renunciant: Quæ privatio non solum consideratur in Jure quæsito, sed etiam in Jure futuro seu querendo, ut patet ex l. i. C. de part. & l. i. §. si quis ante &c. ff. à quib. appell. non lic. Galeratus. d. renunciat. lib. 2. cap. 5. n. 2. Ideoque certum est, resignationem talem extinguere Jus abdicatum, & quod adhuc sperabat; quia paria reputantur, aliquod Jus non esse, neque competere, vel esse, sed illi renunciatum fuisse. l. i. C. quand. non pet. part. l. 3. in fin. l. 4. ff. de bon. possess. nam civis deferent tali calu civitatem, quia civis esse definit, perdit privilegium civitatis, & jus omne quod antea in ea ipsi competit civitate, & competere in futurum debebat, a mittit. l. 34. l. 31. ff. ad Municip. Bald. in l. 2. C. de infant. expos. Jason. in l. 1. §. hujus studii. ff. d. just. & jur. teste Math. de Afflict. dec. 384. n. 13.

S. VII. Perdit ergo commodi atque beneficia Universitatis sub generali nomine der Bürgerlichen Nahrung ut sunt jura connubiorum, commerciorum, contractuum, honorum item & pascuorum. Zihm. Ichnogr. jur. Mun. cap. 90. n. 12. seq. Ge mein Brau- und Sche ckecht/ wohn wei t eib und trab/ und and re gemeine Nutz und Nissungen. Arum. Vol. I. d. 13. qv. 10. Chur. Sächs. Erled. d. 20. 1653. & 7. von Justitz Sachen n. 134. ubi: Sind mit Braugerechtigkeit das Bier zu seilen Kauff zu brauen &c. und mit Weinstank privilegiret. Conf. Dominic. Tusch. Tom. I. pract. Concl. 276. n. 45. pr. & 46. Et in genere omnibus per resignationem ipsi afferuntur beneficia, quæ civibus alias deberi, notarunt rerum Municipalium & Civilium scriptores, adeo ut remittenti Jus suum Jura minime subveniant l. cum Donationis C. d. Transact. l. 2. §. f. ff. quod fals. Tut. aut. imputandum est quippe ei, qui suo iure & beneficio amplius uti noluit. gl. in C. uxor. verb. imputaret. C. 17. Qv. 4. Sic etiam à renunciatione ad exclusionem recte deduci argumentum, testatur Gravet. Conf. 877. Etenim renunciatio privat; Bart. in l. sed et si ff. d. acquir. hered. proinde renuncianti nocet atque ipsi præjudicat. Menoch. Conf. 80. n. 50. Imo resignanti ad jus remisum

sum minime datur regresius. Galerat. d. renunc. cit. loc. sed in tam  
tum jus suum amittit. l. i ff. de success. Edic. l. 14. ff. de Adilit. E-  
dic. §. 9. l. Papinianus. 20 ff. d. Minor. l. postq. liti. C. de pact. l. seq.  
C. qui accus. non poss. Mynsing. dec. ad 14. resp. 4. n. 50.

§. VIII. Extendere hoc DD. satagunt ad Scholares quoque,  
quorum, dicunt, si semel quis discesserit, quamvis postea iterum  
revertatur, privilegiis tamen per discessum jamjam amissis, am-  
plius nullo modo gaudere poterit, neque frui; per l. 9. C. de Advoc.  
divers. Judic. conf. DD. in L. naturalem. § 5. seq. ff. de acqu. rer.  
dom. & in L. scrinarios 16. C. de Testam. Militi. Interim tamen  
æquior atque convenientior Cothmanno aliisque hæc arridet  
decisio, quod si scholaris ad publicum forte evocatus officium,  
vel alias discedens, intra quinquennium rediret iterum in Aca-  
demiam, Jus quo antea gaudebat Matricule, salvum adhuc habe-  
bat atque integrum, adeo ut de novo pro ea aliquid solvere mi-  
nime teneatur, neque novo juri, nec novæ jurisdictioni, sed pri-  
mæ & antiquæ se subjecisse videatur. Quodsi vero post lapsum  
demum quinquennii præfiniti reverteretur, eo nihil obstante  
pro extraneo tunc habendum esse, adductis autoribus consenti-  
entibus per multis, & præmissis dubitandi, decidendi & respon-  
dendi rationibus, demum concludit & decidit, cit. Cothmann.  
resp. Acad 12. per totum.

§. IX. Alia sane res est in civi originario, suam deserente ci-  
vitatem, in qua natus est, vel patrem habuit concivem; de tali e-  
nim queri solet, an relinquens locum suæ originis, alibiique civi-  
tatis jura assument, si locum posteriorum iterum desereret, & ad  
originis revertetur, num ibidem redditio pretio recipiendus sit.  
quod solvere tantum cogebatur ab initio, antequam alibi se contu-  
lerat & civem alterius civitatis sese constituerat? Placet quidem  
negativa sententia Schepliz. de Consuetud. March. P. 3. Tit. 8. §. 13. &  
14. verum ad civem constituendum originarium cum satis sit, ut  
ejus Imperio, in cuius finibus lucem primum aspergit, acquiescar,  
& si alio se transferat, ut se alterius subjiciat Imperio: in civium  
autem numerum ibi receptus tanquam civitatis suæ peregrinus  
habea-

habeatur, neque postlimini redire queat; prout Curiam Parisiorum ita judicasse, resert Bodin. in meth. hisp. cap. 6. non ergo video, quomodo privilegiis semel legitime amissis iterum frui queat. Consentit Gail. lib. 2. obs. 36. n. 7. ibique March. de Afflct. dec. 384. per totam rationesque decidendi exhibet Jacob. Alemanni in Pa-  
leſt. Consult. Jur. consult. 5. qu. pr. 2. Accedit Jason. in l. 1. §. hujus ſtudii 2. ff. de Juf. & Jur. & Zanger in Tracl. de Exception. P. 2. cap. 1. n. 75. & 76. qu. in quibusdam, inquit, Germaniae civitatibus extant ſt. cuta, quibus cavetur, civium liberos amittere civitatis jura, si alibi domicilium conſtituerint, & ibidem per annum & diem habitaverint, quale statutum eft Brunopoli, sub tit. 102, von der Bürgerschaft und dem Schöfe. §. es darfſt keines Bürgers. Hæc ille. Jam si quis omni civitatis jura perdit necessario etiam hoc vel illud jus speciale sub genere comprehensum amittere preſumendus eft. Denique Gironda. de Gabell. 6. par. n. 51. seq. & Gutierrez. de Gabell. queſt. 13. n. 6. probant, originarium civem si alibi per tempus fuerit civis, reverſum in urbem patriam ab ipſo derelictam, ibique aliquid emere vel vendere volentem, teneri ad ſolutionem gabellæ, non tamen plane ut extraneum, ſed tanquam ut vicinum.

§. X. Sed revertamur unde digrediſſi sumus; non enim commoda ſolummodo quis amittit per reſignationem, ſed ab incommodeſ quoque liberatur, ſeu a neceſſitate in futurum ſuſtinen- di ulterius universitatis onera, die Bürgerliche Geschwerden. Ar- rum. Vol. 1. diſp. 13. qu. 10. l. 34. ff ad municip. nam pro praeterito tem- pore qui convenitur, renuncias non auditur. Luc. de Penna in l. ad reparat. 7. qu. 2. C. de Aque dud. lib. II. Nam Bürger tra- gen von iheen Häuſe nu d Güte nſt wære Birden. Chur-Sächſ. Erledigung d. 20. 1653. & 57. tit. von Jufiz. Sachen. Gravam. 134. que p. eiffimum conſtitunt in muneribus, l. 14. ff de V. S. l. 18. ff. de mun. & bon. iſque vel personalibus. d. l. 12. §. 1. l. 1. §. 2. eod. vel patrimonialibus. d. l. 1. §. 1. d. l. 8. §. 18. ſeqq. vel mixtis d. l. 18. cum §. 26.

§. XI. Personalia quod concernit, personis illa inha- rent,

rent, & corporis labore, vel animi expedituntur sollicitudine.  
*d.l. i. & 18. ff. de mun. & honor. vulgo: Kopff. Steuer/ Bürgers-  
 Geld zt. hunc pertinent Dienste/ als Wachen / Musterung/ im  
 Gewehr erscheinen. Et dividuntur ratione finis, in publica &  
 privata. Illa principaliter ob publicam utilitatem suscipiun-  
 tur; l.14. §. 1. ff. eod. Hęc primario privata civium commoda  
 respiciunt; veluti tutela, cura &c. l. 1. §. ult. & d.l. 18. §. 1. ff. ibid.  
 conf. Rehebold. de Jure Civit. cap. 6. & Dn. Lauterbach. in Colleg.  
 Digest. tit. de mun. & honor. aliquę ad hanc titulum ff Commenta-  
 tores. Nunc ponderandum venit civi renuntianti, an munus  
 personale, quod collecta quandoque salutari solet, jam jam impo-  
 situm sit, nec ne: si illud contigerit, per renunciationem non e-  
 vitatur, sicut superius Cap. IV. ostensum, per l. incola 34. ff. ad  
 municip. si vero nondum fuerit impositum, secus est; siquidem  
 onera quę ratione incolatus & personae sustinentur, illius resigna-  
 tione cessant. Galeratus. de Juris renunc. lib. 2. cap. 3. Eodem  
 modo seſe liberata creditoribus civitatis, licer singuli in solidum  
 suis se creditoribus cives obligaverint, adeo ut unus quisque in  
 solidum conveniri possit. Carpz. P. 2. Conf. 6. def. 26. Quia e-  
 nim commodis civitatis destituitur, æquum est, ut & ab incom-  
 modis liberetur, quę perferre alias reliqui etiam cives non tene-  
 rentur, nisi in solatium, beneficiorum civitatis & immunitatum  
 frui ipsis liceret. Sic facta resignatione, quandam civis tan-  
 quam subditus dominum sequi amplius non tenetur, neque in,  
 neque extra territorium, etiamſi id necessitas, vel domini de-  
 fensio, vel etiam ablatorum vindicatio exigat. Quod subdito a-  
 alias maxime competere, inter reliquo tradunt Menoch. Confil.  
 1003. n. 63. Rosenthal. de Feudis cap. 8. concl. 23. Et in genere ab  
 omnibus liberatur muneribus personalibus, ob datam ratio-  
 nem, quia dum civis esse definit, & alterius civitatis esse inci-  
 pit, priori civitati omne jus in ipsum perit, illa volente atque  
 permittente, ut sub alterius civitatis Imperium perveniat. Pu-  
 fendorff. de J. N. & G. lib. 8.c.ii. §. ult. Eoque ipso, dum civitas  
 aliquem pro membro suo non amplius vult agnoscere, remittit*

ipſi obligationem, qua anteā tanquam civis tenebatur. Id. *ibid.* §. 7.  
Extra territorium autem imperanti, impune non paretur. *I. fin.*  
*ff. de jurisdict.*

§. XII. Munera personalia, jam excipiunt patrimonialia,  
quæ realia etiam a DD. appellantur, & nihil aliud sunt, quam  
illa, quæ ratione patrimonii, vel bonorum a possessoribus eo-  
rum præstuntur, ac rei inhærent. *d. l. i. §. 1. l. 6. §. 4. l. 18. §. 18.*  
*ff. de mun. & hon.* uti sunt tributorum exactio *l. 3. §. 11. ff. eod.*  
*Steuern / Gechoß / Zinsen / Gehend / v. vid. Klock, Tract. de*  
*Contribution.* Munus meritorum, seu milites hospitandi. *d. l.*  
*3. §. 14. d. t. leg. II. ff. d. vacat.* Eingebürtigung der Soldaten/Quar-  
tier- und Monat-Geld; nisi ad eis ejusmodi hospitum immunitate  
gaudeant. *l. 10. C. de metat.* Rehebold. de *Jure Civit.* cap. 6.  
Dividi autem hæc munera Patrimonialia iterum solent, ratio-  
ne ut plurimum causa impulsivæ, in ordinaria & extraordina-  
ria; illa sunt, quæ ordinarie & regulariter a republica præsta-  
ri solent, singulisque recurrent annis *l. 1. C. de nav.* non excus.  
*l. un. C. de vacat. mun.* e. g. die ordinari-Auslagen/ ordentliche  
Steuern und Zi. ften. Hæc, sive extraordianaria obveniunt  
quæ ex improviso & necessitate urgente indicuntur & exiguntur.  
*l. 8. §. 3. ff. de vacat. mun. l. 6. §. 1. l. 18. §. 21. ff. de muner. &*  
*honor. vulgo Schatzung und Nachsteuer/ vel durante bello Tur-  
cico, die Eu. cken. Steur. & in specie collecta vocantur. vid.*  
*Speidel. notab. voc. S. cur. & Wehner. obs. Pr. voc. Schatzung &*  
*Befold.*

§ XIII. Hic, sicut & in reliquis omnibus Civit impositis mu-  
neribus, probe observandum est, an ante ipsam resignatio-  
nem jam fuerint indictæ, vel non. Si enim illud contigerit, *ca-  
pit. penult.* quid tunc faciendum sit, late satis dixi. Hoc vero ca-  
su, a furoris eum liberari muneribus concludendum est, si plena-  
ria atque legitima præcesserit juris civici resignatio, hoc est, si di-  
venditis omnibus suis bonis immobileibus & rebus patrimonia-  
libus (quorum intuitu, licet quoad personam) muneribus im-  
munis fuisset personalibus, munera tamen subire patrimonia-  
lia

lia cogebarunt) plenarie priorem deserat civitatem, & nihil Jurisdictioni civitatis subjectum post se relinquat: Alias enim, erimus per 100. millaria domicilium transferat ex civitate, sed fundos vel alia immobilia ibi relictæ titulo dominii adhuc retineat, tamen munera hæc patrimonialia, resignatione nihil obstante reliquorum instar civium subire, atque debita solvere tenentur. Ern. Cothm. *Resp. Acad.* 19. & 12. Renuncians autem ipsi simul rei, tali casu se eximit ab omni onere, quod propter ipsum rem incumbebat. l. 64. ff. d. Usufr. l. 6. §. Labeo. ff. si Serv. vind. & a tributis debitibus ratione ipsius rei. l. 3. C. si Cens. l. 36 ff. de Jur. Fis. l. 7. ff. de Public. & Veditig. l. 13. ff. d. Impens. in rem dicitur facta. Ideo cedens fundo, liberatur ab onere Collectæ Bartol. ad l. 7. ff. de aqua pluv. arc. cum enim cessat causa oneris, cessare quoque debet effectus; vel sublato emolumento per resignationem bonorumque venditionem, auferri per consequens debet onus annexum l. 39. §. fin. ff. de Leg. at. 3. Est hoc certo certius, quoniam enim propter commodum quod ex re percipitur, onus ideo inducitur. l. 2. §. vicinales. ff. ne quid in loc. publ. justum atque æquum exadverso reputatur, cessante commodo, ut onus etiam cesseret. l. 52. C. de Episc. & Cler. l. fin. §. 1. ff. de Repud. Idem etiam jus ingenere ubique obtinet, ut nempe sublato principali tollatur & accessoriis, ita, ut qui bonis cedit, evitat vinculorum carcerumque injurias. l. 1. C. qui bon. ced. poss. Similiter, qui solam pati vel praestare tenetur patientiam, liberatur cedendo loco seu fundo, quoniam sic plus praestat. l. 7. ff. de Aqu. pluv. arc. Usufructarius denique renuncians usu fructui non erit cogendus ad onus, ad quod alias teneretur, ratione scilicet ipsius usus fructus. l. 64. l. 48. ff. de Usufr.

§. XIV. Idem statuendum est de muneribus illis civium mixtis, quæ etiam personæ operam, una cum sumptibus requirunt, seu quæ personæ & propter se, & propter res imponuntur, damnam enim etwas auf seine Hamthierung schlæuet. Nobis: Ge- werbe Gesder. conf. Chr. Rehebold. dict. diff. de Jure Civit. cap. 6. Nam & hic, quia jure commerciorum uti frui ea in civitate

amplius non vult, & derelicta ea in totum, alterius imperio se subjici animum intendit, ibique de novo seine Handlung und Gewerbe transferre atque de novo stabilire satagit, conveniens est, ut deficiente & sublata causa exactionis, deficiat quoque & tollatur effectus.

§. XV. Nunc missis iis, huc pertrahere deberem sub finem cap. 5. allata assertionem, teneri quandoque Civem resignantem cavere atque promittere, d. s. er allezeit Rechenschaft geben wolle umb alle dieje, igen Sachen und Händel so in währenden seinem Büri gerrecht sich zu getragen, ob er darumb albereits angefordert werden möchte ic, prout verba sunt, Hamburgensis ibi notata sonant, ideinque Jus in Ducatu etiam Wurtembergico in viridi adhuc esse obseruantia, ex Fürstl. Würtemb. Lands. Ordin. fol. 5. & Dn. Lindenspär. in Commentar. fol. 15. n. 29. sequ. annotavi; ne vero crambem bis coctam apponere videar, hoc saltem hic adjicere lubet, variare D. ctores, sicut & locorum corporumque consuetudines in praefigendo termino, ad quem, seu quoisque civis ille discedens alteriusque factus civitatis, rationes has edere teneatur. Intra certum id fieri tempus, plurimi indefinitae afferunt, quos inter & Knipschild, reperitur, qui tamen certum illud tempus, plerumque annale esse, dicit, lib. 2. de Civit. Imp. cap. 29. n. 164.

§. XVI. Sublata ergo per resignationem civilis obligatio intelligitur, quoad ea quæ postea geruntur, non autem quæ coram iudicio civitatis prioris j̄m cœpta fuere; quia, quod accedit, iudicium peragi debet, ubi cœptum est. text. in cap. 39. X. de foro Compet. l. 7. ff. d. Jūdic. l. 30. ff. eod. Gai. l. 2. obs. 6. n. 13. quod non nulli extendunt, modo alteri jam actio qualita sit, licet lis nondum cœpta fuerit. per l. 2. C. de Jurisdict. Sic perpetrato aliquo delicto, per resignationem si quis mutaverit domicilium, in civitate anteriori quin conveniri atque optime accusari quest, neque frustra processum criminalem in loco perpetrati delicti contra absentem licet, ventilatum iri, contra, adversariorum opiniones defendit, Dn. Stryk. diss. de Domicil. mut. cap. 5. n. 14. seqq.

§. XVII.

§. XVII. Idem judicium esto, ratione contractuum & quae si contractuum, quorum intuitu, & quidem illorum, si ibi solvere promisit, conveniri potest; puta, si ibi reperiatur; id quod mores hodierni desiderant. Gail, lib. 2. obs. 36. n. 14. Carpz, lib. 2. Resp. 30. horum autem, ut administrationis in loco derelicto factæ, redditat rationes, tot. tit. C. ubi de ratiocin. Carpz, d. l. 2. Resp. 33. Mey, p. 5. dec. 298. & p. 8. dec. 267. Denique & ratione reconventionis prioris domiciliij forum manere integrum, quando quis ante mutationem domiciliij alterum in eo loco convenit, per l. 14. C. de sentent. & inter loc. omn. jud. demonstrat Dn. El. Aug. Stryk. d. l. n. 21. Imo quænam actiones contra mutantes domicilium atque resignantes intentari valeant, edifferit distinguendo atque limitando laudatus Dn. Stryk, all. loc. n. 27. seqq. ad quem brevitatis & candoris amore, remittere lubet Lectorem.

§. XVIII. Quid si itaque legitima præcesserit resignatio, ulcimus tandem se exire effectus, quod nempe eo facilius postmodum recipi queat in aliam novam civitatem, maxime si per statutum aut consuetudinem loci nullus recipiatur prius, et sejdem seines vō igen Bürger-Rechts erlassen / und bringe sein Bürger-Recht in thine; quemadmodum ex Mylero, ad Rumelin. Knipschild, aliisque capite superiori dictum fuit. Habet enim vel retinet nihil amplius juris antiqua civitas in illum, qui fortunatum sedem in aliam transtulit civitatem, sed pro peregrino habetur; adeo, ut a nova civitate, in quam se contulit, ad veterem si quis mitteretur legatus, privilegiis omnino legatorum frui debaret, inter quæ præcipuum est, quod exemptus sit a jurisdictione ejus, ad quem mittitur. Pufendorff. de Jur. Nat. & Gent. lib. 8. cap. 11. §. 3. Et experientia teste, novi civem unum atque alterum, qui facta resignatione in patria mea, per spatiū temporis negotiorum causa adhuc subsistebat, & ab oneribus quidem civilibus immunis erat, in reliquis vero, præprimis quod scio rebus judicialibus, pro extraneo reputabatur. Hoc a. 1680. unus le C. alias paulo post J. H. K. experiebantur, quorum ultimus implicat⁹ præcessui, extranei instar judicii Sportulas exsolvere tendebatur.


§. XIX.

## §. XIX.

Ex hisce jam colophonem impono præsenti disputationi cuius materia cum diffusa sit, nec in Germania uniformis, ob tot diversorum locorum statuta hinc inde recepta, eo facilior rem inde veniam mihi polliceor, si non omnia ad palatum Ben. Lect. fuerint: multa enim adhuc addi debuisse lubens fa teor: multa etiam non omnibus quadrare locis, sponte con fiteor: non pauca quoque minus accurate scripta, imo multa etiam properante Typographo erronee expressa esse, doc ebet lectio. Interim candori tuo, Lector humanissime, haec omnia committo, qui certus esse poteris, nihil mihi gratius futurum, quam si placide errantem moneris & in viam veritatis deduxeris. Sis memor illius, quod Scævola respon dit in *L. 54. ff. de Manumiss. Testam.* Nil obesse, quod quis in Syllabis errasset. Neque Typographorum errores Autori imputari posse, per *l. si Librarius 92. ff. de R. J. & arg. l. 8 ff. de Stat. homin.* Quod restat D. O. M. gratis ago immortales, pro clementissima studiorum directione & gratia mihi ha vice largissime concessas; Adsit porro mihi, ut & omnia in Nominis sui gloriam, proximi, patriæque ver gant incrementum, faxit.

S. D. G.





99 A 6963

ULB Halle  
002 824 892

3



69 78  
VB 17

Petrov



15

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA  
DE  
**RESIGNATIONE**  
**JURIS CIVITATIS,**

Von  
**Auffkündigung des Bürger-Rechts.**

Quam

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
**DN. FRIDERICO VVILHELMO,**  
MARCHIONE BRANDENB. ET ELECTORATUS  
HEREDE, &c. &c.

IN FRIDERICIANA ELECTORALI BRANDENBURGICA,  
EX DECRETO ET AUCTORITATE ILLISTRIS FACULTATIS JURIDICÆ

PRAE S I D E  
**DN. SAMUELE STRYKIO,**  
JCTO, COM. PAL. CÆS. SERENISS. ET POTENTISS. ELE.  
CTORIS BRANDenburgici CONSILIARIO INTIMO, PROFESSORE  
PRIMARIO, ET FACULT. JURIDICÆ ORDINARIO  
PATRONO SUO SUMME DEVENERANDO,

IN AUDITORIO MAJORI  
Die XIII. Julii A. O. R. M DCIC

Horis ante- & pomeridianis

Solenni ventilationi offert

**JOHANNES CHRISTIANUS Hennel**  
Vratislavensis.

---

RECU SA HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
Typis CHRIST. HENCKELII, Acad. Typogr. A. 1714.

